


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
7/0
24


NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
55
2 B
25
ROMA

IO. BAP. PORTAE NEAPOLITANI

DE DISTILLATIONE

LIB. IX.

Quibus certa methodo, multipliciq; artificio, penitioribus naturæ arcanis detectis, cuiuslibet mixti in propria elementa resolutio, perfectè docetur.







ROMAE, M. DC. VIII

Ex Typographia Reu. Cameræ Apostolicæ.

SVPERIORVM PERMISSV.



IN CLARISS. AC DOCTISS. VIRVM IO. BAPT. PORTAM NEAPOLITANVM

Varia Epigrammata.



אַךְ זֶה כּוֹלֵל פּוֹעֲלֵי אֵל בּוֹ יִתְהַלֵּל אֶת־צִבְאוֹתָם
יִתְעָרֵב־לוֹ כָּל־אִישׁ לִבּוֹ יַטֶּה אָזְנוֹ אֶל תּוֹעֲלוֹתָם
פּוֹרְטָא יֹאמַר הַפִּילוֹסוֹף עַל־כָּל־טֶבַע אֶת תִּפְאַרְתָּם
עוֹלֶה עַל עָב יַחְקֹר תַּחְתִּית כֶּסֶף זָהָב בִּמְצוּלֹתָם
יְסַפֵּר שִׂיחַ שֶׂרַח יִצְמַח יָבֵשׁ אוֹרֶלֶת רֵן סְכוּתָם
יַגִּיד כֹּחָם יָבִין סוֹדָם גּוּפָם צוּרָם וּתְהִלָּתָם
יַשְׂכִּיל מִקְרֵם וְאֶל כָּל־מַטְעָם אֶת אֵיכוּתָם גַּם מַהוּתָם
עֵשֶׂב יָקָר מָתוֹק אוֹ מָר לְשִׁקּוּת זוּגָם יִרְלוֹף אוֹתָם
דֶּרֶךְ לִקְצוֹר יוֹם טוֹב לִקְטוֹף כָּל־סוֹר לִשְׂרוֹף עַד תַּכְלִיתָם
כָּל־טוֹב בְּיוֹם עֵת יְבַקֵּשׁ אֶת צִבְאוֹתָם גַּם מַפְצַלְתָּם
אֶמְשֹׁל סֵפֶר אֶל גַּן שֶׁפֶר בְּשָׂם וָמֹר עִם סוּרוֹתָם
וּלְהַעֲנֵן רַם בִּרְכִיבָיו כָּל־עֵץ תִּחְיֶה עַל אַרְצוֹתָם
כֵּן הוּא נִפְאַר כֵּן הוּא נֶהְדָּר כַּכּוֹכָבִים שִׁמְסִילוֹתָם
חַסְדְּךָ יוֹרֶה תַּלְמִיד מוֹרֶה חָכְמַת קוֹנֵה בִּקְהִלָּתָם
יִתֵּן שֶׁבַח כָּל־אָדָם לָךְ יָרוּם אוֹתְךָ עִם בִּרְכָתָם

Ex Hebræo.

PArue liber, quod finxit opus fabricator Olympi
Obtegis angusto, concelebrasq; sinu.
Illecebris animos, aures dulcedine mulces,
Quæ non PORTA tuum pectora cogit opus?
Tu sublime feris diuino vertice cœlum;
Et tibi (pro Superi) sydera, terra patet.
Percupis ignotas rerum tentare latebras,
Eruis è cæco fulua metalla solo.
Herbarum varias causas, viresq; recenses,
Et memoras formas, munera picta Deùm.
Pandis odoratos iucundo rore sapores
Quosq; parit succos, igne tepente focus.
Tempore quo debent rorantia gramina carpi,
Et quo siccari sole micante, doces.
Qualis Orontæo manantia Balsama trunco
Hortus alit Myrrhæ sæpe rigatus aquis.
Qualia vel gelido nigrantia nubila cœlo
Lapsa rigant virides arboris imbre comas.
Talis culte liber toto es celeberrimus orbe,
Et nites vt rutilo fulgida stella polo.
Quisquis adest, quem docta suum Tritonis alumnum
Finxerit, & plenus numine quisquis adest,
Persoluat grates, & debita premia laudùm
Reddat, reddat honos, gloria, fama, decus.





Ὁ δ' μὲν αἰθυμόεσσαν ἰσοῦσι πος ἴδμονι τέχνῃ
Γράψε τύπῳ, γλυκεροῖς ἄμμορα ἀμβροσίης.
Ἀλλὰ τοιὴν τὴν δὲ βροτοῖς διεπίφραδε μῆτις.
Ὅσσα νέον νικᾷ σῆς φρενὸς ἔργα πέλει.

E Græco.

ARte coloratos flores imitatur Apelles,
Sed viridi nullus cespite manat odor.
Pingit odoratos BAPTISTA. quod effugit artem,
Ingenium PORTAE nobile fingit opus.

BLandus honos, Virtusq; simul delubra tenebant,
Sed binis templis vnica PORTA fuit.
Tu quoq; virtutem coniunctam nactus honori,
Amborum digne PORTA vocandus eris.



ܟܡܣܟܡܗ ܠܐ ܡܕܪܐ ܐܒܐ:
ܦܩܟܗܝܢ ܡܫܡܫ ܢܐ..
ܚܟܡܬܐ ܘܡܟܝܢ ܚܘܡܢܐ:
ܬܕܐܪܐ ܢܝܒܪܐ ܘܦܢܝܢܐ..
ܐܠܐ ܘܟܣܡ ܚܝܢ ܟܗܢܐ:
ܗܦܟܐ: ܘܐܚܝܢ ܚܢܠܐ ܐܒܐ..
ܘܟܠܗ ܦܘܠܐܢܐ ܠܗܘܒܟܢܐ:
ܘܟܠ ܡܫܒܚܘܗ ܐܦܪܐ ܐܒܐ..

Ex Chaldæo.

TV, quem Palladia ſapientia reddidit arte
Inſignem, Natura ſuum formauit alumnum,
Et res edocuit cæca caligine merſas.
Carminibus, BAPTISTA, meis indictus abibis?
Sed quia mellitæ non eſt mihi copia linguæ.
En pileo, Patrijsq; notis, cultisq; libellis
PORTA tuis, meritarum impono pondera laudum.

آنکه بود بر آسمان قطب زمان
علامهٔ علم و فاخری آدمیان
افلاطون حکمت بقراط جهان
دربحر معانی دریکتا ونشان

E Perſico.

HAud aliter fulget rutilo virtutis olympo,
Quàm Polus. Hunc celebrat fama, Mineruæ, decus.
Æqualis Cooq; ſeni, doctoq; Platoni,
Immenſi eſt Sophiæ lucida concha maris.

Свѐ славе од свита, и свака̀ ташжина,
Ка ђȣр по̀ сва лита, би када чȣвена,
Ни такаа ниже бит, каа̀ ђесȣ господина,
Ки се порта зовѐ, племенита рода,
Свођȣ славȣ с̑овωм, никωр не посади,
Срамотом великωм, да не чȣђе ђади;
Поклеђе толика, да ниђедан ђазик,
На пȣлно сповидат, неже можи вик;
Ӡатω господинȣ, овомȣ бȣд дика,
и слава велика, каа живе до вика,
Коћȣ неже можи, нигдормȣ попасти.
а киже хтит тлачит, ниђȣ же ȣзвишити,

Ex Illyrico:

Quicquid Fama loquax Orbis celebrauit in oris.
Quicquid honos peperit quidquid prænuncia laudū
Gloria iam cecinit, cunctis placidissima seclis.
Virtuti cedat PORTAE, concedat honori.
Nemo suas laudes componere laudibus ausit
BAPTISTAE, Nemesis sumet pro crimine penas;
Quis decus, & tanta dicet præconia famæ?
Ergo dum Cœlum radiantia sydera pascet,
Dulce per ora virum volitet memorabile nomen.
Quod nullum poterit fallax euertere tempus,
It pressum, sublime volans; æquabit Olympo.


Լերա գերքս է գովասան
Այս է գերեալ իմաստնա բան
Պարտաւորամք անտ ընթանան
Խըլամանեաց դորն է միան
Եւ գերողին է գովասան
Նաս իշխանաց յոյժ է պարծան
Լնց իմաստութեան
Որ էութեան մեր գերեցան,
Ցոյժ իմաստունք ոչ իմացան,
Արծաթելև ասեկու ջուր. է հան
Ոչ թէ դալար խուսէ միան
Այլ ամ ծաղկոց որկան
Լ մարդոց հիւանդութեան
Փառք եւպատիւ իմաստութեան
Որ ընութեան բանն բանան.

Ex Armeno.

ARte laboratos dum scripsit PORTA libellos,
Doctiloquis Sophiæ causa, modusq; fuit.
Vnde suam viuax PORTAM sapientia dixit,
Et tulit insigni laude, grauesq; viros.
Si spectes libros, nulli virtute secundum.
His etenim miris defluit vnda modis.
Cogitur in guttas argentea bractea flammis,
Indq; leues auras aureus imber abit.
AEraq; tabescunt, rorantesq; ignibus herbæ,
Lætaq; vis florum victa calore, fluit.
Quis tot (iò Superi) mortalibus extudit artes?
Cælicola, an Genius maximè PORTA tuus?

Dictorum ἀνακεφαλαίωσις.

Ἔθνεα te celebrant ἱπερίθερα, Graius ἀνδὶ,
ἴδμονα μῆτιν Arabs, Ausonius σοφίην.
Et νόον Armenius, Γεραρὴν Taulantius Artem,
Μῆχος Idumæus, δήνεα magna Syrus.
Omnes ἐν ἔργοις πάντεσσι δαήμονα laudant
Πατρῴοις numeris, carmine μυσοτόκῳ.
Vox ἴα, non οἴη, sed ἴην sapientia fundit,
Θέσκελον eximiæ σῆς decus ἰδμοσύνης.






IOANNES BAPTISTA PORTA NEAPOLITANVS ANNO ÆTATIS SVÆ LXIIII
I. Laurus f.

ILL. D. D. FEDERICO CAESIO MONTIS COELII MARCHIONI II. ETC.

IO. BAPTISTA PORTA Neapolitanus fœlicitatem.



VO me munere (macte virtute noua, & maiore spe Adolescens Illustrissime) à tot tantisq; beneficijs,& amore redimam, quibus me quotidie nectis, & distringis, ne ingratitudinis notam, mihi maximè inuram? Non enim tanti sunt (nôsco meas imbecilles vires) vt possint tuis meritis æquari: sed quantuluscumq; sim. quantulæcũq; vires fuerint omni cura, & studio enitar, vt si à proposito signo aberrem saltem in te mei amoris, & obseruantiæ memoria semper extet. Sed tuæ fortunæ, & naturæ magnitudines narraturus, ita me earum exuberans cumulus deterret, vt vnde exordiar, non sat sciam: Videor enim

eum imitari, qui firmamenti stellas enumerare studens, nunc ab insignioribus, nunc à minimis, nunc à fulgentioribus, tandem à tanto numero obrutus ab enumeratione desistit. Sed coactus tandem incipiam. De CÆSIA gente dicturus aliquid altius exordiar. Ab Herculis Thebani Nepote Cæso (Teste Pausania) Argiuorum Rege, cuius Posteri è Græcia in eam Italiæ partem, quæ Magna nuncupabatur, venere, & illinc Romam, Cæsiam Gentem nomen, & originem duxisse, Græcorum monumenta testantur. Vnde si Cæsios omnes, qui in Romana Rep. domi, forisq; tùm sacris, tùm profanis dignitatibus præstitere, quiq; tandem in Pannonijs sibi Imperium compararunt, vellem recensere, longè epistolæ modum narratio superaret, eorum namq; bella, Vrbium euersiones, Regnorum excidia, temporum longinquitas sub seculorum tenebris aboleuerunt memoriam. Sed ad recentiora tempora deuenientes ex Aquitania Galliæ Prouincia Cæsios prodijsse vetus eiusdem familiæ Chronicon indicat. Hinc primum Probus ille Narniensis Episcopus numeratur, cuius ope Otho II. Imperator à Pyratis captus, Romæ Imperioq; incolu-

colūmis restitutus est; quo maximo beneficio astrictus Cæsar, in causa fuit cur Otho filius Imperij hæres, omni studio contenderit, non solum, vt Gerebertus, qui Syluester II. fuit appellatus Probi Nepos summus Philosophus, omnibusq; scientijs eruditus, ad Pontificatus apicem veheretur, verum etiam Federicum eius fratrem Cæsiæ Familiæ Primum in Italia restitutorem, castris, pagis, dominijs, Cæsareisq; muneribus auxerit, & ornauerit. Qui Castrum Aquitanum prope Spoletum in Vmbria, ne Aquitaniæ nomen periret, construxit. Aliud Oppidum ibidem restitutum Cæsium à nomine Familiæ eius posteri denominarunt. Sed quis, Cæsios omnes enumerabit, qui Romæ dignitatibus, & prærogatiuis effulsere? Petrus Cæsius Aquitanus S. Francisci Asisinatis socius viuente Diuino illo viro primus Ordinis Minorum Præpositus Generalis electus, adeò sanctitate, & miraculis clarus enituit, vt Beati nomen meruerit. Paulum Leo X. P. M. eximiæ virtutis ergò inter purpuratos primum adscripsit. Federicus scientiarum ornamentis, prudentiæ pariter, ac prouidentiæ insignitus à Paulo III. Cardinalis creatur, mox, & Petrus Donatus post dignissi-

mas legationes purpureo galero donatur, quorum omnium virtutes, & dignitatem Illustrissimus Cardinalis Bartholomeus Patruus tuus exęquat. Tacebo Episcopos, Archiepiscopos, Apostolicæ Cameræ Clericos per multos Præturis, Ecclesiasticisq; dignitatibus cohonestatos, strenuos milites, qui propria virtute multorum Oppidorum, & Castrorum dominia sibi, posterisq; peperere. Riccardus Beati Petri Frater Federici Imperatoris Camerarius Arnulphæ Terræ comitatum obtinuit. Benedictus, & Simon fratres palatini Comites, pro Carolo IIII. Imperatore Vmbriam gubernarunt. Antonius Cæsius oppressam à Ladislao Rege, & Bracchio Montono Narniam strenuè defendit, atq; in Põtificis fidem detinuit, ob id Pontificis publica vectigalia, & immunitates concessere. Pientissimus Petrus ter Vrbis Senator Menzani Comes creatur. Ioannes Iacobus Aquæ Spartæ, & Suillatûm dominium obtinuit, quod modo ab Excellentissimo Duce Federico Patre tuo pluribus Oppidis adauctum, possidetur; quid Cæræ etiam Ducatum, Monticellorum, & Riani Marchionatus, totq; alia castra, quæ pariter à Cæsijs dominantur? Quamobrem dici poterit Cæsiam

fami-

familiam, Episcoporum, Cardinalium, Pontificum, summorumq; Procerum seminarium extitisse. Omittimus matrimonia cum nobilissimis Italiae familijs contracta, Liuiana, Catamelata ex strenuis Venetorum Ducibus Bartholomeo, & Erasmo, Varana, Corbaria, Monaldense, Malatesta, Ballionia, Actia, Anguillaria, Caietana, Vrsina, Sabella, & alijs. Omittimus Templa, Coenobia, Pagos, Arces, Palatia, Viridaria, & Magnifica aedificia ab eisdem constructa. Sed ne videamur in minus necessarijs immorari, missa haec faciamus, quae fortasse cum alijs Principibus communia habes: dicamus quę propria sunt, ac perpaucis concessa, vix enim decimum, & nonum agens annum philosophiae, & vniuersae matheseos scientias emensus, ad reliquas assequendas inflammatus, ita te cunctis admirabilem reddis, vt ijs solum natus videaris. Quis animi tui mirificum candorem, fraudis inscium, doli expertem, nulla labe commaculatum non laudauerit? comitatem morum, suauitate, atq; vrbanitatem ingenij, genijq; acumen? verè non immeritò in te quadrare poterit, quod sapientissimus ille vates ceciniti:

In te

——————————————bona

In te mixta fluunt, & quæ diuisa beatos
Efficiunt collecta tenes

Quibus illecti virtutibus insigniores philosophi, doctioresq; viri ita frequenter vndiq; ad te concurrunt, vt ad Lycæum concedere sibi videantur, quibus cum perpetuo versando tuam domum veluti nobilissimam Academiam illis exhibes, & ita inter eos excellis, vt omnium animos in tui amorem, & admirationem conuertas, & virtutum splendore maiorum tuorum decora, vel æques, vel superes, quæ cum temporum iniuria diu latuerint ex cineribus rediuiua immortalia surgunt, nec solum pristinum nomen recipiunt, sed maiore gloriæ splendore refulgent. Iure igitur, te in mei libelli de Distillatione Patronum nuncupare non dubitaui; ille enim, vt spiritus puriores, & quintas rerum essentias modum extrahendi pertractat, mirabiles secretiores naturæ vires ostendit; ita fœlicissimo ingenio tuo naturalium causarum solertissimo scrutatori, aliquale præbebit pabulum, meæq; erga te deuotionis monumentum testabitur. Hoc interim fruere, mox alius â me donaberis. Vale. Neapoli 20. Iulij 1504.



PROOEMIVM.





O semper genio, & ingenio fui, benignissime lector, vt ea studia me magnopere delectarent, in quibus admiranda Naturæ secreta complecterentur, humano generi necessaria fuissent, & laudem, & gloriam parere potuissent. Sed inter innumeras, & varias artes, & scientias, quas in mundo monstrifica hominum ingenia peperere, nulla est profectò distillationis arti anteferēda, tùm ad multiplices medicinæ vsus, ad humani corporis ornatum, & decorem, tùm quod eam viri maximi ingenij, & rerum celebritate perspicui maximè exercuerint, & coluerint. Hæc enim perutilis ars naturam æmulatur, illamq; coadiuuat, tàm mira efficiendo, vt vix oculis, & operibus fidem præstes. Mirificos in Medicina effectus pari. Simplicium nobilissimæ, & tenuissimæ par-

partes, viuifici spiritus, proprietates ipsæ, quæ in medio Naturæ sinu, abditis penetralibus, quasi in proprijs suis sedibus nidulantur, & fouentur, huius perelegantis artis ope ex corporea, & ignaua mole ob suæ impuritatis vinculis expurgatæ, vindicatæq; cum in apertum veniunt in medendis humani corporis malis visenda, suspiciendaq; efficiunt opera. Naturalium rerum vires in suo corpore obtusæ, & consopitæ, dum languent ægri, qui ex his salutem, & medelam implorant, coguntur magnam molis quantitatem absorbere, vt quamplurimis diebus vix quicquam salutis nanciscantur. At nunc varijs distillationibus occultæ vires foras eductæ in parua quantitate, & maximo temporis compendio festinam opem, & vitam largiuntur, & ægri, qui tunc temporis momento, morosiore palato laborantes turbida, fœtulentaq; decocta nauseabundo stomacho respuebant, nunc lympidissimis, odoratisq; aquis cum maxima stomachi iucunditate, & oris oblectamento expetuntur. Ex Guaiaco Rhabarbaro, metallis, lapidibusq; penitissimæ rerum essentiæ extrahuntur, visu, gustuq; periucundæ; longeq; viribus vegetiores. Aqua in qua maximum vitæ momentum ex locis, quæ lambit venenosas, & pessimas qualitates adsciscit, vix gustata perceptibiles, distillatione innoxia redditur, & præstat fluuiali, pluuialiq;, quam Hippocrates multum extollit, cum nunquam putrescat, & si quid sordidi habet, respuit. Qui vitæ diuturnitati, & commoditati student, non nisi distillatas aquas ebibunt, vt à quãplurimis magnatibus factitatum vidimus. Hac arte incendiaria parantur olea; facillimæ incensionis, difficillimæ extinctionis, in bellicis operibus multas vtilitates afferentia. Quis narrare poterit balsama, quæ breui temporis momento vulnera ad cicatricem conducunt, imò vt eorum vix remaneat vestigium? Quis aquas, & olea ad hominum, mulierumq; ornamenta, & myropolis ad suauissima odoramenta constituenda? Quis elixires ad innumera Medicinæ opera? Immensi profectò laboris hæc erit enumerare. Hac arte emen-

dantur, permutantur, intenduntur, remittunturq; simplicium vires. Calcanthum calidissimum est, & per se solum obest stomacho, sed oleum ab eo extractum ventriculum amissis viribus languentem, cum ingestos cibos coquere, & suo officio fungi nequeat, roborat, instaurat, appetentiam excitat, humorum putredinem tollit, corpus refrigerando: Elicitur è vino aqua, quæ ex innumeris, quæ præstat vitæ operibus, Vitæ aquam vocant. præstantissima est ad extrahendas rerum essentias, quibus omnibus ferè vitæ periculis occurritur, infirmitates pellendo, sanitatem confirmando, vt quasi cerui, serpentes, ac nouellæ phœnices senectam exuamus, & immortalitatem ferè consequamur, nec solum ad viuendum, sed etiam ad sanè, commodèq; viuendum conducunt, sine qua humana vita manca, & deficiens esset. Sed artis ea semper dignitas fuit, & excellentia, eademq; authoritas, vt nobilissimi quique Principes, & Reges nomine, & ingenio celebres apud se nasci, apud se foueri, & honestum, & gloriosum existimarunt. Ex tot illustrium virorum numero hi nunc in mentem occurrunt. Scribit Albucasi, orientales Indiæ Reges, & præcipuè Ambracue huic scientiæ maximam operam nauasse, Thomas Phrygius, Britanniæ, ac Daniæ Reges plurimum se hac scientia delectasse. Itidem Robertus Neapolis, & Franciscus Galliæ Reges, Hercules, & Alphonsus Ferrariæ Duces, eam proprijs studijs maximè decorarunt. Nec postremo annumerandi sunt Cosmus, Franciscus, & Ferdinandus Magni Hetruriæ Duces, qui rudem adhuc artem, nec absolutam suis liberalibus auspicijs susceptam, nulli diligentiæ, studio, laboribus, & impensis parcendo, quicquid succisiuis nanciscerentur ocij horis, ex grauibus dominij curis respirantes, his studijs curam impendendo, ad culmen perduxerunt; Vnde plurimum excellentiæ, & venustatis his artibus accessisse, & sibi gloriæ, & authoramenti, eis tàm præclarè hominum sanitati consuluisse, ob id semper grata in hominum memoria viuent egregium nomen

men tanto posterum beneficio comparati, quorum æmulatione ad non paruæ authoritatis principes fama demigrauit, vt ipsi omni conatu, & opere his studijs impensè delectentur, & veluti solertissimi abstrusarum rerum indagatores, noua quotidie inuestigentur, ars semper augetur, vt omne eis acceptum referendum sit, nec parum subsecuta ætas eis debet. Nec defuerunt viri ingenio, & doctrina præstantes, qui huic scientiæ magnum ornamentum addidere, Hermes, Geber Arabs, Gigil, totq; Philosophi, qui in turba numerantur, & apud nos, Hortolanus, Restius, Raymundus Lullius, Arnaldus de Villanoua, cæteriq; quos ne tædio lectores afficiam, omittere decreui.



IO. BAPT. PORTAE NEAPOLITANI

De diſtillatione.

LIBER PRIMVS.

Primordia pandit diſtillationis, eiusq; cauſas, & inſtrumenta.

Vtrum diſtillatio ſit veterum, vel recentiorum inuentum. Cap. I.



VM à curioſis ingenijs ſedulo perquireretur, vtrum diſtillationis ars ſit veterum, vel recentiorum inuentum, quod rationi cõſonum videtur, in medium afferre decreui. Cum apud antiquiores Græcos nullam de his artibus mentionem factam vidiſſem, iudicaui penitus illis incognitam; nam Dioſcorides modum picem diſtillandi deſcribens, ita inquit. Excipitur, dum coquitur pix velleribus puris ſupra eius halitum expanſis, & cum illo permaduerint expreſſis in vas, hoc fit quandiu percoquitur. Alij quoq; hoc artificio

ex corrupta aqua puram eliciunt: supra magnam ollam componebant ligneos bacillos, cancellatim contextos, extendentes lanam optimè lotam, subiectis mox cadentibus prunis, vaporarios habitus suggerentes excipientes exprimebant. Grapaldus ex Fumanello excipiens Arabum inuentum tradit. Auicenna, qui sexcentis ab hinc annis vixit, de catarro loquens alembici, & distillationis meminit. Cum alimenti superfluitates in ventre non excernuntur in vapores abeunt, qui in cerebrum impetu facto, caput replent, hos suo rigore in humorem vertit, qui per nares defluit, veluti in alembico, & alueo subiecto, in pileum vaporibus ascendentibus per vasis nares ad inferiora fit defluxus. Idemq; rosaceæ aquæ meminit. Arabes, qui de Chirurgia scripsere, apud se natam, & educatam dixere. Rasis, & Albucasi eiusdem familiæ odoratam aquam ex rosis extrahere docent eo modo, quo Reges extrahere consueuere. Geber de hac re luculentissimè scripsit. Sed quid sentiam explicabo. Distillationis artem Alchimiæ germanam, eodemq; partu natam semper existimaui, cum quamplurimæ Alchymiæ operationes sine distillatione fieri nequeant, & dum artifices metallicam artem exquirerent, multa distillationum secreta repererunt. Hermes antiquissimus scriptor de philosophorum lapide loquens dicebat. Portauit ventus in ventre suo, & vt cuncti interpretes vnanimiter sentiunt, de distillatione locutum dicunt, nam res in halitus soluta, summa petens, indeq; relabens, videtur ventum in suo

ven-

ventre portare, doctissimiq; Arabes philosophi eum secuti, qui de lapide scripserunt, antiquissimi fuere. Sed nouissimè ad Græcos & Latinos manauit, apud quos multis temporibus intentata iacuit. Nicander de rosacea loquens aqua, alembicum, & destillatorium describit.

Quid sit distillatio. Cap. II.


Istillatio Græcis καταστακτικός dicitur, proprièq; significare videtur paulatim fluere, & quia alembicorum rostra paulatim & guttatim stillant, ideò distillare dixerunt. Virgilius

distillat ab inguine virus.

Distillatoriũ vas Grapaldus vocat, quo, supposito igne, simplicia in aquam versa distillando per epistomium transeunt. Geber in summa perfectionis, distillationem ait esse vaporum aqueorum in vase eleuationem. Sed hæc definitio mihi deficiens & inania videtur. Nam inter distillationis species, eam, quæ per filtrum fit, cõnumerat, quæ per vaporum eleuationem non fit, neque per vas, Præterea neq; caloris vim meminit, ex qua totum fit. neq; distillatio per descensum fit per vaporum eleuationem. Aliqui velut inopi vim ignis addiderunt: sed potius vi caloris dicere debuerunt; nam non solum vi ignis: sed fimi, calcis, solis, rerumq; aliarum calidarum eleuatio generatur vaporum. Langius ita

A 2 de-

definit. Distillatio est humoris per calorem in vaporem resoluti à frigore rursum inspissati eliquatio. Sed in distillatione humor non eliquatur: sed resoluitur in vaporem, nec semper frigore vapor inspissatur, nam in valentium aquarum distillationibus vapores summa pilei petentes non frigori occurrunt, sed calidissimo, & ferè igneo, ideò non semper ex frigore vapores in aquam coguntur. Fumanellus verò ait esse humoris extractionem (siuè secretionem) vi caloris guttatim per vas fluentem ad varia medicamenta paranda, Mesuem secutus, qui scribit, quod in simplicibus sunt partes heterogeneæ concretæ, quæ chymistarum ope, à calore operante, segregantur, vt eiusmodi distillationes, siuè sublimationes neq; aqua, neq; oleum sunt, sed diuersa substantia, antequam distillandam proposuisses, vnde artem distillandi, & sublimandi vocant, quasi omnis distillatio per sublimationem fieret, nam plerumq; fit per descensum. Nobis autem hæc videtur decentior. Distillatio est humidarum partium vi caloris in vaporem resolutio, quæ frigore, & constipatione occursantibus in liquorem vertuntur. Vapor enim in pileo eleuatur, & si frigido occurret, nisi ibi multiplicetur, constipeturq; prius, in liquorem non vertitur, vt diximus de aquis valentibus, & cum sæpissimè ex maxima constipatione rumpantur vasa, tota domus vix egredientis fumi capax est, qui loco tàm arcto cogebatur, vt in nostris meteoris latius tractauimus, quando de pluuiarum ortu disputauimus.

Quod

Quod à natura nobis ars diſtillandi ſit indicata. Cap. III.



Am multipliciter diſtillationis ars à natura demonſtrata eſt omnibus in rebus, vt valdè mirer, cur tàm nouiſſimè nobis innotuerit. Admonere nós poterant videntes in magno mundo, quod terræ ſuperficies vi ſolis concalefacta, per latentes ſui corporis meatus vapores quoſdam, ſiuè rapidos ſpiritus in auras ſolutos, expirabat, qui in æthera ſubuecti, frigidæ cœli regioni occurſantes, rurſus vna coeuntes, ſuo rigore refluí facti, quaſi ſtillatitij iterum terram irrorabant. In hoc paruo mundo homine Hippocrates ſudores deſcribens libro de flatibus, diſtillationem demonſtrans ait. Liquefit quicquid vis ignea attingit, hiq; inde ſpiritus, cum ad corporis meatus irruerint, fiunt ſudores, ſiquidem ſpiritus compactus in aquam tranſmutatur, & per meatus penetrans, foras prorumpit. Eodem planè modo, quo in feruentibus aquis vapor eleuatus, ſi obſtaculum habuerit in quod impingere oporteat, pingueſcit, ac condenſatur, guttæq; diſtillant ab his corporibus, quibus vapor ille fuerit impactus. Vidimus prætereà ſuperius ex Auicenna in catharro, quomodo vapores ex corpore à naturali calore ad cerebrum diffuſi, ſua frigiditate in aquam cogantur, & diffugia quærentes per narium canales corriuentur, &

deflu-

defluxus facientes quasi per alembici rostrum exprimuntur. Videbant præterea cum homines calidas dapes in patinis cooperirent, ne refrigescant pauculo temporis curriculo, cum patinas discooperirent, in aquam versas, considerantes vaporem humidum à rei calore expulsum, operculum petijsse, quod sua frigiditate vaporem illum costringendo, in bullas cogebat. mox magis conspissando in guttellas delabentes fluere faciebat, vt subiectam fideliam stillatitia repleret aqua. Poterant maiores nostri his exemplis edocti, distillationis artem citius percalluisse.

De distillationum generibus, & de eo quod fit per ascensum per ignem. Cap. IIII.




Ria sunt distillationum, quemadmodum motuum, discrimina, vnum sursum rectà tendens, alterum deorsum vergens, alterum in decliuè leuiter depressum, vel accubans, & hæc ex peculiari herbarum ingenij propensione, quædam enim subtilioris spiritus, & tenuioris compendio rectè sursum feruntur, aliæ terrestri materia constantes, & fæculenti infrà trahuntur, aliæ medio modo se habentes, in accliue offerri desiderant; ideò organa distillationi seruientia comparanda simili modo erunt, vt quæ flatulenta, vaporosaq; distillantur, vasibus sursum versus erectis vtantur, quæ spirituum, & flatuum expertia, deorsum versus, &

quæ

quæ medio modo se habent accubantibus, vt herbarum genijs accommodentur. Vnum quodq; horum discrimen iterum in quatuor disterminatur pro numero elementorum, scilicet per ignem, per terram, per aerem, & aquam, ex quo colligitur duodecim esse distillationum discrimina. De singulis verba faciemus, & primo de eo, quod fit per ignem. Nos potissimum vtimur hoc distillationis genere, cum humores, vel spiritus penitius in terrenis partibus residentes, volumus vi magna vrgentis ignis ex aquas extorquere, scilicet ad olea exugenda, vel validas aquas, vt inter vas, & ignem nil intercedat. Venio nunc ad fornacis constructionem. Erigantur è solo parietes rotundi, vel quadrangula forma, lati digitis quatuor, bipedalis diametri, pedalis altitudinis, è calce, vel forti luto constructi, ne vitium faciant, & ignis iniuriam sufferre possint. Mox concamerentur, & supra cameram foramen aperiatur rotundum, vel quadrangulum, quod ex ferreis virgis craticulam recipiat cancellatim contextam, vel pauimento inducto frequentibus foraminibus peruio, quo ad subiectam partem cinerum descensus pateat. Infra fenestella aperiatur, ex qua decidui cineres eximantur. Supra cameram parietes surrigantur sesquipedalis altitudinis, statim supra craticulam fenestella pateat pedalis laxitatis, per quam carbones, & ligna inijciantur. Supra parietes duos ferreos bacillos à se inuicem distantes firmabis, vas quod distillanda contineat excepturos. Supra ferreas virgas pedalis alti-

altitudinis parietes erigantur concamerati; vt supra, os pateat, per quod vas intromittatur; Vt cum ignis subijcitur eluctantes flammæ à testudine repercussæ supra vas faciant repulsus, ac vi caloris ascendant vapores, qui in pileo cogantur, & ex pluribus mox descendentibus guttulis se se in cauitate colligentes per rostrum in receptaculum excludantur. In quatuor turris angulos quatuor spiramenta excauentur rotunda duorum digitorum latitudine; quibus fumi pateat egressus. Cuius hæc forma.

Fornax, H, M, C, D, inferius ostium A, ex quo cineres eximēdi, B, Craticula, E, F, Fenestella, ex qua ligna inijciuntur G, Vas I, K, L, N, Bacilli ferrei vas fulcientes. Quatuor spiramenta, H, M, O, P.



Distillatio per ascensum per Terram. Cap. V.

Distillatione per terram vtimur, cum mitius quàm quod per ignem agendum est, cum tenuiores quas quærimus partes & spiritus non tàm penitus terræ gremio delitescunt. Fornacis ratio ita

ita se habet. fornax sit primæ assimilis, sed cacumen sine testudine, rotundum, vt catinum recipiat hemicycli forma ex optima argilla, vel æreum, quod asperiorem ignē suscipere possit, suffultum ferrea virga, quæ pondus impositarum rerum sufferre valeat. Summa vasis orci fornaci adamussim coæquentur, claudanturq; luto, ne flamma aut fumus expiret foris vasi nociturus. Relictis in lateribus quatuor infumibulis ex more, per quæ fumus, & flamma eluctare possint. Cinis angusto cribro incernēdus, sternaturq; supra hemicycli fundum, digitum altus, accommodeturque supra vas vitreum, affundaturq; affatim cinis vsque donec vitrea ampulla vsque ad collum obruatur. At si velis rem acrius exagitare, sabulum cribrato, & acerrimè limata ferri scobe, supra pileum tundito, vt intra se inferioris vasis collum suscipiat, & commissuras oblito luto, resiccari sinito, ne hiascens, per rimas spirituosum halitum eructet, nam tempus, & opus luseris, postremò accendatur ignis, vrgeatque industrius artifex, quousque destillandæ rei necessitas postulauerit. *Ecce fornacis fabrica.*



Fornax. A, B, C, D,
Ferrea virga sustinens hemisphærium, A, B, G,

B Ampulla

Ampulla H, Cinis, I, Fenestella carbonum F, Fen. extrahendi cineris, Infumibula, A, B, K, L,


Distillatio per ascensum per aerem. Cap. VI.



Fornacum quæ calidum aerem reddunt, duo sunt genera, nam calor excitatus in aere, vel ab igne, vel ab aqua est, posteriori vtimur, cum remissius quam cum per ignitum aerem agendum sit. Exordiemur à primo. Ab initio fornacis basim formabimus quę duobus pedibus ab humo sustollitur ex tegulis, vel laterculis constructa, ne cito labascat, sed diutius perennet & ad ferendum fornacis, & vasis pondus, sufficiat. In ima parte pateat fenestella, ex qua subtrahatur cinis ex cõbustis lignis, vel carbonibus decidens, supra pauimentum ducatur, quod in medio ferream tegetem suscipiat, quæ ignem sustentet. Mox attollatur murus sesquipedem altus, & hæc erit basis. Supra basim testudo erigatur in oui formam, cuius latitudo, & altitudo imponendorum vasuum sit capax, latitudo quatuor pedum, altitudo sex, vt viginti, vel triginta distillatoria vasa capere possit, cuius murus perforetur, in quorũ cauis fictilia vasa, vel vitrea in vrinalis formã intromittatur, & quasi in suis cubilibus locentur, supra, infra, alternatim collocentur, tanto intra se spatio distantia, vt vnumquodq; suum habeat vacuum infra, in quo receptacula statuantur, recepturum superioris vasis rostrum in quod decumbit, vt cum distillatæ aquæ fiat fluxio excipiatur, Vasuum cum fornacis muro ità lutó obstruantur

com-

commissuræ, ne calor, vel fumus transmeet, sed intus ad vasa reluctetur supra basim quatuor aperiātur spiritalia foramina, quæ foras fumum transmittant, & igni dētur spiramenta: ne ignis vndiq; obstructus, suffocetur. Vasuū si vitrea fuerint, fundi lutea crusta loricentur, ne vi caloris dissileant, & frustrà labor suscipiatur, & sumptus pereant. Vasa simplicibus compleantur, ac pileo tegantur, & qua parte se comitantur, luto paleato muniantur. Inijciantur supra crates carbones querni, vel roborei, quo diutius durent, & æquabilem ignem ministrent. fumus, & calor summa petentes aerem calefaciant, mox vasa ministri, qui asident, curent, ne ignis violentior quam par sit, vrgeatur. *Fornax ità fabricetur.*




Fornacis partes A, Vasa distillatoria B, Locus ignis C, Vnde eximitur cinis D, Fornacis testudo E, Basis fornacis G, H,

At quæ tenuissimo calore opus habent, eadem fornax cũ aheno aquę pleno succedit vicaria eius muneri, quod supra cratem ferream constituatur, nam & si ignis iugiter, & luculenter infra vrgeatur, ex aqua blandi spiritus exhalantur, & vapores ex simplicibus tenues elicit, sine vstulationis labe, magnoque nobis erit emolumento in aquis eliciendis, quę ore absorbentur. At si in vase distillandum erit, hoc modo extruenda est fornax, Vas distillatorium materiam suo alueo continendam ęneo vase complectatur, & si ahenum promptum non fuerit, eius vice figulinum substituatur; os verò angustius, alueus maximę capacitatis; & os continens contenti vasis ori coequetur, vt in vnum cohęreant, & vtriusq; ora tenaci luto linantur, ne calor difflettur, sed magnum hoc vas à fornace complectatur, vel supra pauimentum quatuor pilis suffultum, vel aliquibus substructionibus firmetur, mox ignis circum circa luculenter incendatur, vt incalescat, & ferueat; sic aer qui intus continetur, supra modum exardens, materiam cogat paruo vase conclusam sublimius euolare, & in subiectum vasculum effluere.

Fornax E, F, K, G, Vas continens B, Vas contentum A, Pilę vas sustinentes, E, F, H, D, Fenestella I, Fenestella cineraria L,

Distil-



Distillatio per ascensum per aquam. *Cap. VII.*

DIstillationem per aquam, nos per balneum dicimus, in cuius opere simili antedictę vtimur. In hoc inter eas disconuenit, quod in superiori fornace ęnea concha constituitur vacua, in hac supra ęnei vasis fundum, gramina, lana, vel similia consternuntur crassitudine trium digitorum, ne ampulla durioris fundi obiectu frangatur, ijsdemq; coopéritur vndiq; vsque ad ampullæ collum. Supra sarmenta, vel lignei bacilli concinnantur aliquo ponduſculo firmati, ne aquę super iniectu eleuentur vasa, sed pondere depressa immobiliter iaceant;

nam.

nam facilè ex eorum illesu dissilirent, in cuius marginibus spiritalia foramina intermittuntur, quibus ignis, & fumus transpirent. His omnibus ritè factis superfundatur aqua, & prunæ subijciantur. & si aqua bulliendo, & exhalando decrescit, infundatur alia, sed calefacta, nam si frigida supercalentes ampullas tetigerit, frigoris contactu dissilient, quemadmodum & si calentes frigido afflentur vento. Ampullis pileus imponatur ex ea parte, qua se eorum ora committuntur. Hæc distillatio à combustionis labe tuta est, nam quantumuis acrius vrgetur ignis aut prunæ acrius incendantur, nunquam fumi nidore infestabitur aqua.




Fornax A, B,
Vas æneum C, aqua plenum.
Ampulla D,
Basis plumbea E, ex qua catenulis vas firmatur.
Fenestella carbonum F,
Cineraria G,

Alio apud nos vtuntur artifices distillatorio, quod quia nullo modo fumi, vel nidoris tędio nos afficit, in domesticis cubiculis asseruamus. ex ferreis bracteis turris efformetur quatuor pedum altitudinis, sesquipedali diametro, duo habeat ferrea intersepta cum suis fenestellis, vnam, in qua ignis agitetur, alteram, quæ caducos cineres accipiat. Infra tribus columnellis firmetur.

Supremo

Supremo ſuo ore æneum hæmicyclum recipiat, pedem altum, quod furni ori quadret; & hoc aquam continebit. Eximo alueo foras canalis porrigatur, vt ſi bulliendo exiccetur aqua, recens ſuperaddi poſſit. Supremum hemicycli os interſepto, ex ferrea bractea claudatur, crebris foraminulis laceſſito, quibus fumo pateat aditus, & alia foramina magna palmaris latitudinis receptura fundos trium ampullarum. Hoc hemicyclo claudatur ſuo operculo in forma inferioris teſtudinato, cuius margines ità inter ſe recipiantur, vt ne fumum foras exhalent, & ſi non affabre quadret commiſſuræ tenaci luto conglutinentur. Teſtudo trium etiam foraminum per via ſit, ex quibus ampullarum colla tranſmittantur. Commiſſuræ, per quas colla traijciuntur, ſtupa, vel bombice ſtipentur, ne ſpiritum emittant. Compleantur ampullæ ſimplicibus, indantur pilei cum ſuis ampullis bene diſtrictis & pendeant ex roſtellis receptoria vaſcula. Mox incenſis carbonibus feneſtellæ ferreis ſuis oſtiolis recludantur, ne vllum in conclaue exhalare halitum poſſint. Vrgente igne aqua concaleſcit, calor vaſa penetrans intus ſimplicia concaleſcit, cogitq; vt in pileos excidant quærentes in frigido diffugia. refrigeratoria vis facit deciduum in roſtrum, & in concauum receptaculum. *Vt ſequens pictura demonſtrat*. Turris ex bracteis ferreis A, B, C, D, Feneſtella igniũ, E, Cinerum F, Hemicyclum inferius A, G, B, aqua plenum. Superius L, M, Tres ampullæ cum ſuis receptaculis. H, I, K, Interſeptũ N, O, intus cum ſuis foraminulis; Tres pilæ turrim ſuſtinentes. P, Q, R.

Diſtil-



Distillatio per descensum per ignem. Cap. VIII.

RAtio distillationis per descensum, vt ex Gebro habetur, fuit, vt ex vegetabilibus oleũ eliceretur, nam pinguia difficilius ascendunt propter pondus; infra verò facilè dilabuntur. Ad oleum exugendum è lignis magna vis igniũ necesse est, cum penitius in suis sedibus hæreat, & ligna natura accensibilia inflammentur, & ne hæc eueniant incõmoda, vt descendant olea, consti-

constitutum est. Distillationis per descensum quatuor sunt discrimina, quorum alterum ab altero differt, figura, & materia ab antedictis. Fornax hac ratione construitur. Fiat lateritia à pauimento sesquicubitum alta latitudine vasis excipiendi, in imo testudinetur. Testudo in medio perforetur, exceptura distillatorij collum. Supra in modum lacunæ subsideat pauimentum, quod in suo loculamento ventrosam cucurbitam capere possit, & parietes supra vas per semipedem surrigantur in suo complexu conuexum fundi vasis includat. Distillator cucurbitam fictilem suscipiat, vel sanati luto loricatam, vel æneam, vt quam diutissimè vim igneã ferre possit. Hac distillanda materia reple vsque ad duas tertias, atq; ex citharæ ferreis fidibus, vel aurichalceis glomerulum coarctatum in collum inijce vsque ad ventrem; nam vbi libertatem nanciscetur, se relaxabit, prohibebitq; ne impo sita materia descendat. Obuerte vas, & per foramen collum submitte, ex quo se collum furno committitur, orificium luto circumline, & collum in receptorium traijciatur, & lutetur, ne quid cineris, vel carbonis in receptaculum decidere possit, quod infra accommodabitur. Fornax anteriori parte fenestrata esse debet, vt quicquid ex superiori distillet cucurbita, videatur in receptaculum fluere. Demum ignis circum quaq; excitatur semper paulatim augendo. Primo videbis aquam effluere in subiectum vas, cum nulla sit materia, quæ aliqua vacet humiditate; nam si subito ignem auxeris, suo excessu humiditas cum oleo absumitur. Vbi aqua fluere desierit, descen-

det oleum, tunc amoue receptaculum, & aliud impone, vt oleum recipiat. At oleo fluere incipiente, augeto ignẽ, vt vas incandeat, donec effluere desierit, mox supersede ignitioni, quousque vas refrixerit. Alij tribus ferreis bacillis quasi pilis supra ad circulum relegatis, & in ima parte deuaricatis, vt stabilius firmentur quasi scamnum, accomodant. Intra circulum ferream concham imponunt pertuso fundo, per quos vasis collum traijciatur, & ita supra ignem accendunt.



Fornacula D, E, F, G, Cucurbita A, Conca ænea D, E, Fenestella inferior C, Receptaculum B.



Distillatio per descensum per terram. Cap. IX.



NVnc per terram distillationem per descensum tradimus similem esse diximus distillandi rationem per ignem, & per terram, sed duplex ratio: nam sunt simplicia quæ minus distillationi repugnant, & quæ magis, nunc videamus vtra cuique conueniat, vel neutra.

Distillatio per descensum per terram mitius agitur, ideò illis adhibemus, quę distillationi vnius repugnant, quæ tenacius per ignem. Nunc pręsenti vtemur, cum remissius agendum sit. fornacula eadem quæ superius, discrimen inter eas erit, quod supra inuersam ampullam cinerem, duos digitos, vel tres altam, angusto cribro succernimus; mox supra succretam prunas, & ligna accendimus, quod vbi factum fuerit infra receptaculum oleum, & aqua defluet.




A, Vacuum cinere replendum,
B, Vas distillatorium.
D, E, Fornax.
C, Receptaculum.

Distillatio per descensum per aerem.
Cap. X.



PAulo lenior erit distillatio per aerem per descensum quàm cum per cineres. Inuentio distillationis fuit, ne fumi nidore olea, vel aquæ inficerentur, at si vehementius aer incendatur, furit ignis, & combustionis labe olea, & aquæ polluentur. fornax erit prioribus assimilis, nisi quod supra pilam habebit orichalceam, vel fictilem bifedam. sed si fictilis erit exterius lutea lorica obducta sit, vel diutius igni resistat. Inferior pars caua per medium foretur, per quod vasis collum transmittatur.

Superior operculi pars in tuber rotundum emineat, vterque cuique conueniat, vt optimè concludi possint. Intus ampulla accommodetur, quæ in ventre distillandam materiam habeat, collum per inferius foramen transmittatur, ampullæ corpus per semipedem à lateribus vasis distet. Mox operculum imponitur, & foris accenditur ignis, calor per operculi crassitiem penetrans, aerem in vasis cameram existentem incendit, quæ ampullam in sui medio commorantem incendit. Sic materiam in vasculum inferius aquam, & oleum exudabit. vbi oleum fluxerit, forcipe operculum eximitur. At si res distillanda tenuis fuerit cõsistentiæ. veremurq; nidoris tædium, vas extrinsecus leuius incalescat, nec supra diutius immorandus est ignis, sed cum videris liquorem ad sufficientiam exudatum, ignem amoue.




Fornacula E, F,
Pila orichalcea bifida A, B,
Vas distillatorium C,
Receptaculum D,


Distillatio per descensum per aquam.
Cap. XI.



Ed cum mitissimè cum rebus tenuissimæ essentiæ agẽdum sit, veretur q; maximè fumi nidor eiusmodi distillatione vtemur. Ad opus tale vas olim excogitauimus. Surgat à terra

fornacula trium pedum altitudinis; supra lacunosum cauum excauetur, vt intra æneam pilam, vel si mauis ouum recipiat per medium diuisum. Infra foramen apertum habeat vti tuba ænea infigitur ad modum infundibuli, efformatum, quæ penetret vsque ad subiecti vasis fundum, infra cum vase ferruminetur, ne aqua dilabi possit. Post ampulla materia repleatur, inuertaturq; collum per tubam immittatur, affusa mox aqua vsque ad tubę ora; Inudatur operculum ansatum, ansę cum ferreo filo ligentur, ne cum aquæ feruor intumuerit, operculum abijciat. Vasis commissuræ tenui luto linendæ; nam nisi spiracula claudantur, rapidi aquæ spiritus transmeant. Infra vasculum subijciatur, vt vasis collum intra se recipiat, lutoq; obline, ne si aquæ gutta è tuba extillauerit; quæ in vasis super vas ventre feruet, intus penetret, & oleum, & aquam conturbet sua mixtione. Mox ignis supra vas incenditur, qui vt aqua calefit, suis vaporibus calidis vasis cameras replebit, spiritus infra vasculum deturbabunt, qui frigoris asperitate coacti, in aquam, & oleum abeunt. Fornax descensoria A, Vas æneum cauum. Ansę GG, Ampulla vitrea. Tuba ęnea C, Operculum ansatum E, Ansę F F, Collum inuersum stillanti





lanti humori excipiendo subditum I. Vasculum recipiens I.

Distillatio per inclinationem per ignem. *Cap. XII.*



Iximus de distillationibus per ascensum, & descensum; nunc de ijs quæ medio modo se habent, scilicet per inclinationem, idest per latera decliuia. In his varijs fornaculis, varijs vasis, & distillandi modis vtimur, præsertim in rebus, quæ arduæ ascensionis, & descensionis fuerint, quæ non nisi eiusmodi modo petent, vt in aquis validis, & oleo vitrioli fornacula lateritia rotunda, vel quadrangula constituitur in duas cameras distincta, quarum superior testudinata, vt flammæ per testudinem eluctantes super ampullæ alueum reuerberentur. Inferior cancellos contineat ex ferreis bacillis, quæ fenestrata erit. In medio ferrea virga parietibus formetur, quæ in sui medio in semicirculi formam curuetur tantæ crassitudinis, vt & vim ignis, & ampullæ graue onus sufferre possent, hæc sui cauo ampullæ alueum recipiet. Super craticulam ligna, & carbones inijciantur, & forcipe ferrea carbones, & ligna circa ampullam accumulentur, & vt in cineres conuersa sunt, per cancellos recidant inferius. Quatuor angulis quatuor relinquantur infumibula, per quæ fumus transpiret. Parato furno, capiatur ampulla vitrea ex optimo vitro facta pura, & sine macula, quæ tenaci luto loricanda est, vt ignis ardorem,

rem, & excādeſcentiam ferre poſſit. Collum è furno per foramen extramittatur, poſt claudendum eſt, ne vllus ilac aeri detur exitus. Mox exterius vaſculum accōmodetur, in cuius os ampullæ collum inſeratur, & coumiſſuræ luto moniantur, ne ardentes ſpiritus euomant. Vaſculum ſemper madidis lineis, & ſpongia refrigeretur, ne ſi ſimplicia diſtillanda halitu pſa fuerint, fortè validis halitibus diſſlentur, in partes diſſiliant, & oleum, & opera pereant. Dum ardent carbones, ſi cratis cancelli nimium anguſti fuerint, ne cineres cumulentur, & aditum aeri excludant, ferreo vncinato bacillo decutias, ne ignis ſuffocetur. Curandum, vt ſine intermiſſione ignis ardeat, miniſtris alternatim poſitis, vt qui diurnum munus perfecerint, noctu quieſcant, & alij nocturnum exequantur. Sic aliquibus diebus ardentibus prunis oleum, & aqua extillabit. At cum receptaculum albis fumis repleri cernes, ſignum eſt perfectionis operis, ignem amplius non vrgeto. Vbi ignis cum cinere reſedit vas amoue, & oleum & aquam colliges.

Fornax A, B, C, D.
Ferrum fulciens vas cauum E, F.
Ampulla, G,
Teſtudo S,
Crates ferrea H, I,
Quatuor infumibula K, L, M, N,
Feneſtra carbonum H, I,
Feneſtra cinerum O,
Receptaculum P,

Diſtil-



Diſtillatio per inclinationem per terram. Cap. XIII.




Ac diſtillatione vtemur, cum ſimplicia vix perplexo calore in bullas, tumẽt, vt vaſis alueū ſuis excreſcentijs cõpleant, & per vaſis collum in receptaculum euomantur vt ferè reſinæ omnes ſunt. Surgat à pauimento quadrangula, vel rotunda turris. Supra planum pedem altum ſit, ſit interſeptum, in quo ferrea crates in ſummo teſtudinetur, ſed teſtudo inuerſa, vt ſuperius pauimentum in cauum ſubſideat. Cauitas illa lato foramine aperta ſit, in quo aſſideat vaſis venter, luto munitus collum in rectum extenſum. Vas teſtudo, ſeu leu-

tum

tum uocatur quod distillandarum rerum compleatur. Supra spargatur cinis angusto cribro excretus, digitum altus. Supra incendantur prunæ,& aqua, & oleo, fluere incipientibus, augeto supra ignem, nam excrescentes bullas calor reprimet,in liquorem soluet, & oleum fluere faciet. Tunc infra leuis ignis accendendus, vt citius sine excrescentiæ timore fluat, ne vstionis labe oleum polluatur.

Turris rotunda A, B,
Vas leutum dictum C,
Fenestra ignis D,
Cinerum E,
Ignis supra vas accensus F, G,



Distillatio per inclinationem per aerem. Cap. 14.


Istillatio hæc per inclinationem per aerem haud multo dissimilis est ab eis, quas supra diximus,solum differt ab vtraq;, quod oportet modum excogitare, quomodo vasa inclinata per aerem distillare commodè possint,quod nos adinuenimus. Fiat vas æneum, vel testaceum:sed optimæ terræ, rotundum, vel ouatum, per medium diuisum: sed diuisuræ vicissim coeant,vt altera alteram in suo sinu recipiat,vt vix spiritum transmittant. Inferius hemisphe rium in summo foramina habeat,per quæ colla ampul-

larum traijciatur, quorum alueos ferrei circuli fulciant, qui à lateribus vasis suspendantur, vt in medio vasis pendeant. Repleantur distillandarum rerum vitreæ ampullæ; mox in medio circulorum firmentur. Repleatur inferius hemicyclium aqua post operculetur, & ligentur ferreis filis ansæ, ne vis spiritus recludat illud. Conglutinentur commissuræ. Vas supra furnum superius descriptum imponatur, & accendantur deorsum prunæ, vt ferueat aqua, quæ calidis vaporibus, aerem accendet, & aer vitreos alueos, & sic aqua, & oleum distiluet in subiecta recipientia vascula.



Recta vascula distillantia.
Hemicyclium inferius C,
Operculum D,
Turris A, B, E, F,
Ansæ G, H, I, K,
Fenestellæ L, M,

Distillatio per inclinationem per aquam. Cap. XV.



Vando mitissimè cum distillandis rebus agendum est; hoc distillationis vtemur modo. Vbi ad quatuor pedum altitudinis assurrexerunt parietes, quemadmodum sæpè nouimus, excauetur

uetur in superiori testudine alueus, qui æneum hemisphærium in suo sinu recipiat, rotundum, vt superius designauimus, sed hoc discrimen inter ea, quod duo foramina à latere inferius habet, cum suis canaliculis, per quos ampullarum colla transmittantur. Ampullæ supra ferreas bracteas ligantur, ne aquis eleuentur, moueanturq́;, mox inferius vas aqua repleatur, vt ampullarum aluei mergantur sub ea. Canaliculi stupa, & lino stipentur, ne aquam, & spiritus euomant. Subiectis prunis feruet ahænum, & bulliens aqua simplicia in vapores soluit, qui à frigore in aquam concreti excipiuntur à suppositis vasculis. Hoc vase vsi sumus in distillatione florum Rosmarini, Gelsemini, Violarum, & eiusmodi farinæ florum.

De distillatione per Solis calorem.

Cap. XVI.




Xpleuimus distillationes per ignis calorem, nunc pro solis, fimi, vini, fecum, calcis eius vicaria, & similium. Solis, non solum per se solum, sed per reflexionem. Vtuntur ijs non solum in ignis carentia, sed ad maiorem vim medicaminum. Vidimus nanque ex igne simplicium aquam extractam aduentitias aliquas & mordacitatem recepisse, quod non euenit ex sole, vt in oculorum medicaminibus experti sumus. Vtemur quoque in odoribus, qui quàm maximè

aduſtionem formidant, tàm tenuis ſunt eſſentiæ. Paretur ſcamnum trium pedum altitudinis, ſemipedes craſſitudinis, tantæq; longitudinis, quantæ vaſorum imponendorum voto reſpondeat. Pars illa ſcamni, quæ ſoli obuertitur, tabulis claudatur, ne ſol in receptoria vaſa illabens, & calefaciens, ea cogat aquam iterum in vaporem abire, & redire, vnde egreſſi fuerint. Vbi ſol Geminos emenſus fuerit (nam ſolo ęſtiuo tempore hoc diſtillationis modo vti poterimus) ſcamnum ſub dio ſoli opponito. Mane herbis bene lotis, & exiccatis repleto vaſa, ori vaporum aurichalceę fides citharæ glomerulum virga intromittantur, quod vbi illatum fuerit, relaxabitur, prohibebitq; exitum ſimplicibus. Colla mox ſubmittantur uaſorum, ut tranſeant per foramina ſcamni. Infra ſunt vaſcula ampullarum colla receptura, mox claudantur ſpiramenta. Sol enim cœli medium ſcandens adeò ampullæ alueos intentiſſimus æſtus excalefaciet, vt herbæ in liquorem, & poſt in puluerem ſoluet, ipſe guttatim in inferiora vaſcula diffluet.

Scamnum A, B.
Vaſa C, D.
Foramina E, F.
Subiectæ ampullæ G, H.
Tabula obiecta ſoli I, K.
Relucens Sol L.

Sed




Sed frigidis regionibus ubi Sol obliquè non tàm incalescit, alio modo utendum erit, scilicet per reflexionem speculorum. Speculum enim concauum ophæreale, uel melius parabolicum soli obuertunt, quod reflexos radios ampullæ conuertit, stabit enim distillanda ampulla in medio solis, & speculi; radij enim in ampullæ alueum reuerberantes, non solum calorem: sed ignem excitabit, ut latius in nostrà naturali Magià, & exemplum.


Sol A.
Radij A, B, C, D.
Speculum E, F.
Radij reflexi B, G, C, G, D, G, M, G.

Ampul-

Ampulla L.
Receptorium I.



De distillationibus per alios calores.
Cap. XVII.



Vnt, & aliæ caloris species, ut uinacea, oliuarum feces, quæ post olei expressionem relinquuntur, fimus equinus, siuę bubulus, & calx uiua; quæ etiam putrefactiones dici possunt. Sunt, & quædam distillationum species, quæ mediæ sunt inter putrefactionem, & distillationem, & erit quando concha, quæ equinum fimum continebit, & foraminulis peruia supra balneum accommodata est, quæ à furno feruentis aquæ concalefacta duplicem calorem exhibet. & est distillatio calida, & humida, & est medium quoddam

inter

inter putrefactionem, & balneum. Vinacea, & oliuarum feces, quæ post olei expressionem relinquuntur, est primus caliditatis gradus; & in rebus vtimur mollissimis, vtimur quæ paruo calore putrefiunt. Secundus gradus est equinum fimum, seu bubalum, tertius & vltimus gradus est calx viua, aqua perfusa, & est calor calidus, & siccus. Qui fimo, & aqua calida vti velint, hac vtantur fornace. fiat arca lignea sex, vel decem pedum lata quatuor altitudine sesquipede, per cuius medium æneus canalis excurrat, crassitudine humani brachij, foraminulentus, vt vndiq; fissuris, & foraminulis scateat. Repleatur arca equino fimo, vel bubalo, quod intra se vitreas ampullas contineat, vndiq; stipatus cum suis pileis, & receptaculis ex rebus distillandis. Canalis foras egrediatur, cuius os æreo vase figatur aquæ pleno cum suo operculo benè ostructo. Vas hac fornace adaptetur, qua igne excalescente per aquam in vase transit per canalem, & equinum limum calefacit per sua foraminula, cogitq; repleri hoc, ac suarum calore simplicia, vt in vase distillentur.

A, B, Arca lignea fimi plena.
D, E, C, vasa distillatoria.
E, F, Canalis foraminulentus discurrens per medium.
G, Vas æneum, ex quo discurrit canalis.
I, K, Fornacula.
H, Fenestella ignis.

Vtrum



Vtrum ſimplicium qualitates in diſtillatione extrahantur. Cap. XVIII.


On multum diſtillatores, & inuidi quidam Medici phiſicarum artium contemptores, & craſſæ inſcitiæ inter ſe conueniunt, & inter ancipites ſententias diſtracti ambigunt; vtrum ex diſtillatione ſimplicia præpollentes, uel inefficaces qualitates nanciſcantur. & hæ in proprias, & congeneres, uel in contrarias abeant. Res maximę conſiderationis, & mirę vtilitatis. Manardus in ſuis epiſtolis ait ex diſtillatione nil neque ſaporẽ neque odorem conſeruari: ſed plerunq; in varias, & contrarias tranſire. Abſinthium inquit amarore præditum, multoq; odore donatum per plumbeum alembi-

alembicum diſtillatum aquam donat, quæ neque amarorem reſipit, neque abſinthium redolet. Ocymum fragrantiſſimi odoris diſtillatum non ſolum nil odoris nactum, ſed ingratius redditur, quæ omnia ſibi fidem faciunt, quod aqua non eiſdem viribus donata profluat, quibus planta pollebat. Cardanus contrarium auſus eſt decernere, & fortaſſe rectius, nam non ſolum itidem qualitatis: ſed longè maiores adſciſci, calefaciendo, humectando, arefaciendo, & ſimilia. Exemplum eſſe vinum diſtillatum, quod ardentem aquam efficit, quæ longè validiores vires poſſidet, & quanto magis diſtilletur, eò calidius, acutius, & penetrantius fieri. Aqua roſacea ex flore extrahitur, eximij coloris, odoris, & virium. Vrceus aquæ plantaginis manantem vndequaque ſanguinem ſiſtit, & lactuca ijsdem viribus prædita, & ſi natura algentior eaſdem vires non poſſidet. Meliſſa quæ triduo in vino maduerit, memoriam ab obliuione vindicat, vnde his experimentis motus, in contrariam abit ſententiam. Diſtillatio tenuiorem ſemper, & calidiorem aquam efficit. Ariſtoteles in problematibus ait, quod ſol ſuas exercens vires in aquas, leuiſſimas ſimul, & dulciſſimas partes trahit, quod ab Hippocrate deſumpſit, libro de aere, aquis, & locis. quod aquæ pluuiales, leuiſſimę, tenuiſſimæ, & dulciſſimæ ſunt, quia ſol, cit de aquis quod tenuiſſimum, & leuiſſimum eſt, & ob id mare ſalſum, quia remanet quod graue, craſſum, & ſalſum eſt, cum ſol educere non poſſit. Quod ſi ſol blandè ca-

lefaciens hæc agit, quid ſperandum de igne ęſtuante in alembicis? & quod leue, & tenue calidum eſt, quia ad ignis naturam accedit, ſed dum hæc meditaremur ex varijs opinionum fluctibus, & animi anguſtia, ita hæc iudicamus. Sciendum primo, quod vnumquodq; viuens, tribus viuit ſubſtantijs, alimentaria primo, qua vnaquæq; alitur planta, & quotidie à terra haurit, & à cælo, eaq; deficiente deficit vita. Clarius id contemplatur in herbis quæ non ſumma terræ cute viuunt, & leone terram ſubeunte, ſol ſupra modum incaleſcit, & penitius exaret, radices quotidie deficientes humore exareſcunt. Si quis virentes plantarum ramos igni demandarit, ęgrius ardent, propterea quod multo ſcatent humore, alimentum quod à terra ſibi hauſerunt, & ſi ab vno extremo accendantur, ex altero humorem exudãt, qui ab igne fugatur. Si quis vaporario uirentes plantas iniecerit, illicò in humorem ſoluuntur guttatim fluentem, ex ſiccis tardius, parciusq;, & fortaſſe nihil, quia alimentario carent humore cum uita. Secundus humor ſubſtantialis dicitur, in quo plantarum ſubſtantia reſidet, & hic non in ſuperficie, ſed interius abſconditur, & in diſtillationibus poſt alimentarium defluit, & difficilius exugitur: nam cum partem in materia, partem in humore reſideat, eandem diſtillationem viciſſim tertio, & quarto faciundo, ſupra fæces infundendo, digeſtione, & putrefactione poſtremo elicitur, vt ſuis locis demonſtrabimus. Fernelius in albo oleo hunc humorem latere dixit, & verum ſubſtantialem in rubeo,

beo, sed ego inter album, & rubrum oleum paruam, vel nullam differentiam iudico, & tanti viri pace, in hoc mihi defecisse videtur. Tertius est vitalis humor, in quo tota substantia, virtus, & proprietas residet, & oleum erit. odor, sapor, & virtus in supremo excellentiæ gradu reperitur. propria sedes spiritus, & caloris, & in qua tota essentia fouetur, & extracto illo, non nisi simplicium cadauer remanet, vt corpus vita penitus viduatum. His etiam prælibatis quæstionem determinare valde arduum erit, cum variæ, & multifariæ sint plantarum vires, naturæ, & proprietates: nam alia in aquis, alia in oleis, alia in ipso denique sale, & aliæ in cæcis corporum recessibus absconduntur, vt vniuerso hoc opere videbimus. Quod alij dicunt in aquis vires non remanere, exemplum adducentes de absinthij aqua quod dulcis, nec in ea aliquid amaritudinis resideat, hoc euenit ex plumbo. Quid enim aliud cerussa est quam supra late oris fictile labellum plumbea lamella expansa? infusoq; intus quàm acerrimo aceto, cuius halitus ad summa delatus, soluit plumbum in cerussam, indè deraso, ceu situ imposito, colligitur, & sapore dulcis est. Cum igitur in plumbeo alembico acres Absinthij vapores pilei summa petunt, soluunt plumbum in cerussam, quæ defluens, decidit per canales in receptaculum, videturq; in crassamento cum transfunditur. Vnde vix mirum videri debet si amaritudinem non recipit, & stomacho potius negocium facessit, quam demeretur, & suam amaritudinem fallit? & si

certius vis fieri in rosaceam, vel florum arancеorum aquam vitrioli olei guttam instillabis, & illico cernes turbari eius lympiditatem, & cerussam in vino subsidere. At si remoto alembico plumbeo, vitreis vasis in aquæ vaporibus distilletur, suum retinere colorem, saporem, odorem, & vires non inficiabitur, & magis hoc conspicuum erit in suo oleo, in supremum enim gradum, in eo odor, sapor, & calor conspicabitur. Vnde generalibus præceptis hæc coarctari nequeunt, ità omnium proprietates in diuersum abeunt, ob id nos in proprijs capitibus singulorum qualitates recensebimus, ne quos reprehendimus, imitemur, cum eos falsos viderimus, vna regula cunctorum naturam comprehendentes. Id tamen inficiari non potest, iterata distillatione recipi tenuitatem caliditatemq́;, & humiditatem, frigiditatemq́; minui. Auena frigidæ est qualitatis: sed stillatitia eius aqua caput tentat, inebriatq;, & apud Tartaros referunt hoc distillatum inebriare.

De varijs vasuum generibus. Cap. XIX.



QVot rerum distillandarum, tot vasuum sunt genera, immò ex varia excogitantium ingenia, vt suo quisq; ex voto varia fingat, & effingat, vt propè infinita reperta sint, oblonga, breuia, in se recurrentia, curua resta, anfractuosa, & spiralia: Sed profectò maximo ingenio, & arte à solertioribus herbarum virtutum vestiga-

vestigatoribus aliqua excogitata sunt tàm optima, vt sine ijs manca, & difficilis aliquibus existimari possit; nam distillationes ad destillandorum simplicium ingenia, qualitates, & naturas attemperarunt, & instituerunt, & hæc ex animalium formis, & naturis mutuati sunt. Quippè animalia, quæ tenuissimi spiritus sunt, halitum per longam arteriam in sublime euehunt; ideò plantæ tenuissimi halitus, quia facilè ad superna eleuantur, ob id vasa longioris colli adhibentur, vt longiori itinere sublimentur, octo pedalis colli longitudine, quod litera A, insignitum prostrat, quo in distillanda aqua vitæ sæpissimè vtemur, nam per longissimum iter spiritus ascendendo humiditatibus, & recrementis exoneratur, vt laborando tenuitatem maximam acquirat (vulgus matarozzo vocat) nos Struthiocamelinũ, Camelo pardale, vel gruale vas núncupauimus.



Contra si quæ sunt simplicia terrestris siccitatis, crassarumq; partium

minimè

minimè vaporoſa, flatulentaq; ad eorum diſtillationem organa ampla, eademq; humilia requiruntur. Animal eſt teſtudo ſatis terreſtre ſiccum rigido tegmine intectum ex terreſtri, qua conſtat parte, amplo corpore, ſemper prona, inclinatoq; capite incedit, domifera, tardigrada, vndè ſimplicia terreſtria, vt ſales, vitrioli, & alia mineralia, quæ non aſcendunt; his teſtudinibus vtimur, vulgus leuto vocat, quia in teſtudinis animalis modum efformata ſunt, vel muſici inſtrumenti teſtudo, vel leuto vocati.





Hęc vaſa teſta veluti accubantia, vt etiam teſtudo animal incedit, in fornaculis accommodatur, vt vi ignis prolectus liquor, in ſubiectam illicò ampullam fluat.





Sunt

Sunt quoque, & simplicia humidarum partium, crassarumq; sed parum halituosa, vt animal Vrsum imitentur, crassum, terrestre, viscosum, stolidum, informe, formatum, vt totum corpus, & caput appareant sine collo, corpore amplo, carnoso, breui. Vas ad eius similitudinem efformant, vulgus vrsale, vel vrinale vocat, in quo simplicia minimè spirituosa, vel difficilis ascensus, vt viscositatem, crassitiemq; eorum exuant, & breui, & amplo tractu deferantur.

Sed si simplicium partes spirituosę essentiæ crassamentis, & terrenis fęcibus immersæ, vt tenuiores, & puriores euadant, & crassis illis, & impuris exonerentur, & in fęcibus relinquant, velut medicis vsibus ineptæ, oportet multiplicatis viribus, in se ipsas resoluantur, & reducantur, vt assiduo motu circumgiratæ nobiliorem vim, & magis egregiam sortiantur. Vas excogitatum est, quod Pelicanum vocant, quod ad auis Pelicani figuram adumbratū est, in quo simplicium par-





tes magis tenues per collum eductæ, & per rostrum in apertum pectus infixum quasi in ventum super fęces regerantur, iterumq́; per collum sublatæ indefatigabili motu aquositatẽ, crassitiem recipiẽtem paulatim exhauriant, & simplicia assidua rotatione non solum depurentur: sed etiam altius virtutes exaltentur. Vas E, litera insignitur.



Alij verò alio modo effingunt. Duo vasa capiunt, quod alter alter innectatur et quod vnũ recipit alteri reddit, vtrũq́; alterius altero aluo rostro infigitur, quemadmodum gemini fratres mutuo se amplectuntur, vnde honesta nomenclatura hæc vasa gemellos vocant, vt crebra circumlatione se extenuent, & ab omni sorde, & fęce expurgata, nobiliores vires consequantur. Sunt quædam quoque simplicia, quæ per longum, & anfractuosum iter deferri coguntur vt naturam sublimiorem acquirant, nam dum per hos anfractus Serpentes altius euehuntur, continuò humidiores, grauioresq́; partes relinquant, & infra detineantur, contra puriores sublimius gradiantur, &

quia

quia in orbes reuolutos ſerpentinos gratius imitatur, ſerpentinum vocant. Nos quoque in aquæ vitæ extractione ſæpiſſimè hoc vſi ſumus, vt tenuiorem naturam, puriorem, penetrantioremq́; ſortiantur in ſublime per flexuoſas ambages anguſtiores, & productiores à toto phlegmate exonerentur. Vas F, litera adumbratur.



Vtimur quoq; in aqua vitæ educenda vaſe quodam, quod octo, vel decem pileis conſtat quorum alterius vertex alterius al-



F ueo


ueo mutuo inſeritur, & dum ignis vim maximè vrgente ſupernè viuum euehitur, variæ notę vitæ aquam perficit, non quo altius extollitur, eò tenuior, quæ tardigrada, & humidior, craſſior ac phlegmate redundans, eò ignobilior, quod quia hydræ colla, & capita videntur imitari, herculeam hydram vocamus ſeptem capitum, ſed alij æneo, vel aurichalceo, alij vitreo vtuntur. Vas G, litera notatur.




Vtimur quoq; recuruo vaſe, ſcilicet collo: ſed amplo alueo in ijs ſimplicibus, quæ minimè aſcendere poſſunt, quod quia Ciconiæ collum imitatur, Ciconias, vel ſtortas vulgus vocat; eoq; in diſtillandis validis aquis vtimur. Et quia torquet collum nos retortas vocamus, vt quæ ſublimari contumaces, peruicacesq; ſunt vi ignis vrgentis, per retortæ collum libentius illabantur.

Neq; in vaſum nomenclatione à plantarum, fructuum ſimilitudine abſtinuimus, nam ſimplicia diſtillando, quæ validi halitus, & vrgentis ſpiritus in ſalamoniacum,

moniacum, & salinitrum in aquis validis, amplo ventroso, & capaci vase, indigemus, & quia in cucurbitæ similitudinem efformatur, cucurbitam vocamus: nam si angusto vase vim illam spirituum coercere conabimur, in maximum abeunt crepitum, & vasa in mille fragmenta dissiliunt; oportet igitur amplo vase, quo laxius vehementes illi spiritus vagari possint; vt ab occursante frigore flatulenti illi halitus in liquorem solui possint.




De distillatitiorum materia. *Cap. XX.*



ANtiquitus dum adhuc rudis, & imperfecta esset distillandi ars, plumbeis, vel æneis vasis vtebantur in extrahendis rerum essentijs, quod tantæ erant humanis corporibus perniciei, vt in varios mirum in modum noxios morbos inciderent. Galenus in libro medicamentorum secundum loca, horrore habendam aquam monet, quæ per plumbeos canales deriuetur, nam limum, & crassamentum quoddam retinent, vt qui eiusmodi aquam copiosius hauserint, dysenteria corripiantur. Præterea fumi, & vstilagines insigni fastidio non vacant: sed sorbentibus aquam non modo molestum, sed mirum in modum noxiæ: nam stoma-

cho, pectori, iecinori, omnibusq; visceribus negocium, facessit; & si cui clarius experiri cordi fuerit, animaduertat aquam è rosis, vel aurantij mali floribus exuctam, si per aliquot dies consederit, inueniet in fundo sedentem cerussam (vt diximus) quæ ex plumbeo alembico conceperat. Non tamen inficiandum, quod qui plumbeo alembico vtuntur, plus aquæ eliciant, quippe surrigentes halitus sua frigiditate in guttas cogit, & indè copiosius per nares exudat. Nec dissimiliter de ęneis, vel ferreis vasis nam ex acrium simplicium distillationibus ęruginem, vel ferruginem contrahunt, quæ aquis immixta tantum haurientibus eam periculi affert, quantum ipsa ęrugo, & ferrugo, cerrussa illa nocentior est: sed his meliora sunt figulina vasa, intus vitro sublita. & qui iniurias ignium formidant, poterunt, & paleato luto loricare sic diutius quoque ignibus perennat. Sed omnium optima sunt vitrea, nam purissimum vitrum est, nullam ascitiam qualitatem recipit, & vires, quibus donantur adamussim retinent: Sed si talium metallorum vasis vtendum sit in oleis extrahendis, vbi insita vis residet saltem chymicis vsibus, vel medicamentis extra corpus liniendis, non autem potu absorbeantur.

De varijs ignium gradibus. Cap. XXI.


Onsultum est inter distillatores ignis remissionem intensionemve in gradus distinguere, vt cuique suus conueniens caliditatis gradus constituatur; sunt enim simplicia aliqua humidisima, & leuia,

leuia, aliqua coctioni repugnantia; vt vehementiorem ignem flagitent. Mox simplicium natura non violentanda est ignium excrescentia, philosophorum est cunctorum sentētia naturam non vehementissime vrgendam. nec violentari patitur. corrumpitur enim nimio coactu. Primi gradus ignis est balnei, cum aqua adeò calida est, vt in eam manus sine lęsione immitti possit; ex hoc igne flores, & fructus, & eiusmodi similia mollia pituitosæ substātiæ, seù phlegmaticæ tenues, & euaporabiles, quæ leui quaq; caliditate flatum generant. Secundus gradus, quando aqua calidissima est; non tamen bullit, nec potest manu tangi, & est ignis simplicium crassioris substantiæ, quæ ex materiæ grossitie, non tàm facilè vaporantur. Tertius gradus, quando aqua bullit; Quartus verò quando inter ignem, & vas nihil intercedit, quò in validis aquis vtimur.

Sunt qui gradus etiam in tres partes diuidant, vt Secunda pars primi gradus est aquæ tepiditas, & sic de singulis.



IO. BAPT. PORTAE NEAPOLITANI Diſtillationum,

LIBER SECVNDVS.

De odoratis aquis eliciendis.

PROHEMIVM.

Iam quid fuerit diſtillatio, eius varietates, & cauſas receſuimus, iam tempus opportunum erit operationes inire, & à diſtillationibus odoratarũ aquarum exordiri,& à Roſacea incipiemus,vt cęteris notior,vulgariorq;, eiuſq; exemplo ad difficiliora, & ſecretiora progrediemur.

De aqua roſacea odorata elicienda. Cap. I.



Oſtrum initium à roſa erit, quæ hortorum eſt decus,& orbis delitiæ, vt rectè Lycophron Poeta Lyricus,& Achilles Tatius in Leucippes,& Clitophõtis amoribus,dicunt. Quod ſi Deus Principem, vel Regem inter flores conſtituere voluiſſet, ipſam proculdubio conſtituiſſet. Græcè admirandam illam pulchritudinem,

tudinem, odorisq; suauitatem à Venere donatam dicũt, quod Dea Adonidis amore capta, in sui profusi cruoris memoriam, in rubeam rosam conuertisset. Rectè ab ea auspicabimur, tum quod prima florum fuerit, ex qua extillatitia aqua extracta sit; si Auicennæ, & Arabibus credimus, tum facilitate, & suauissimo, quem eructat, odore, quodq; pręclarissimis medicamentis admiscetur, quibus humanæ vitæ succurritur, alijq; flores eius exemplo distillari cępti sint.

De aqua rosacea distillanda reponenda.

AD odorem rosæ, & iucunditatem cœlum conferre videtur, & cœli temperies, nam quibusdam locis minus odorata prouenit, præterea siccis, quàm humidis odoratior contenta ruderibus, odore præstat, quibus pars ima scabra. Serenis diebus lecta, odoratior. Decerpitur etiam intumescente alabastro fastigiato, cõuolutis foliorum panniculis, paulatim rubescens dehiscit, priusquam explicetur in folia, & se pandat, reiectis luteis apicibus in medio calicis insidentibus veluti capillamentis. Sole supra horizontem euecto cum suę pollentis efficaciæ viribus. Rosæ illæ capiantur, quæ quia candido rubore renident, nos incarnatas dicimus, ex his enim præstantior elicitur aqua, nam quæ sanguinea purpura pumicant, & flammea, vel quæ in virginis genis visitur, salubrius ad medicum vsum veniunt caninæ rosæ vocatæ. Recipiuntur vel quæ nullo rore madefactæ

defactæ extabuerint, vel madeſcant,quæ oſcitantes folijs dehiſcent. Hæ vitreo vrinali reponuntur, ac iniecto pileo obturantur, & muniuntur vaſculorum iuncturæ, nec ex his rapidus ſpiritus euadens,in tenues auras abeat. roſtro additur receptaculum in balneo mergitur,mox vrgeto ignem,donec aqua eliciatur. Obruuntur etiam cineribus: ſed maxima opus eſt vigilantia, ne flores comburantur, & aqua fumidum virus, & nidorem redoleat, nam ſi tantillum vſtæ rei fumum reſipiet, reijcienda potius, quàm inter odoratas connumeranda. E ſiccis roſis etiam exugitur aqua,nam exic catione eius odor non exoleſcit. humido loco reponantur; non vt muceſcant, aut ſitum contrahant, vel ſemidiei ſpatio in aqua medeſcant, ſic vitreis organis iniectæ ſuauem etiam aquam effundunt. Tandem omni paratu odoratus latex, ex eis elicitur: nam odor non ſolum in folijs: ſed omnibus partibus reſidet,vt in folijs aurantij, mirti, ſpicæ, aliorumq;.

Roſacea aqua venalis.

SEd qui roſaceam aquam venalem exponunt, aliter parant,ſtudentq; lucro potius,& quantitati, quàm odoris fragrantiæ, vt ementes fallant. Aſſumunt centum libras fontanæ aquæ, & in æneum vas illam conijciunt, roſarum decem, non reiectis alabaſtris, vel in medio ſtantibus luteis apicibus, nec proiectis viridibus folijs,illis barbulis vaſculum ambientibus:ſed integras,

vt decerpuntur, & subiecto igne triginta aquæ libras excipiunt, mox ignem subducunt, deinde aperto alueo distillata iã rosarum folia exprimunt in vas æneũ, mox proijciunt, & alias tricenas aquæ libras addunt, ac denas rosarum, & ignem augent, eundem modum reiterantes, vt ex triginta rosarum libris, centum odoratæ aquæ eliciant venalis. Alij recrementa illa, ex quibus pharmacopolæ ex decocto rosarum cremor elicitur, proiecta, in aqua maceranda per diei quadrantem imponunt, demum distillant, & ex eis etiam odoratam eliciunt aquam venalem. Fertur supra aquam pinguedo quædam innatans, quæ penna excipitur, rosę fragans oleum, vt dicemus. Tot modis rosacea aqua adulteratur.

Rosarum aqua, cuius pars vna multas fontanæ aquæ odoratas reddat.

QVod si maiorem rosarum fragrantiam efflagitas, vt cæteras antecellat, cuius cochlear vnum in amphoram fontanæ aquæ iniectum, fragrantem reddat, ità parato. Distillentur rosæ, vt prius diximus; mox distillata in aquam super aliàs recentes rosas irrorato in vitrei vasis alueo eiusdem quantitatis, & denuo distillabis, ac ità tertio efficies, & sic tàm largum odoris effluuium emittit, vt sæpius odorata caput offendat, cuius pars vna supra decem fontanæ aquæ odoratissimas reddit, & ita parata, fricato diligenter vase, ad odoramenta paranda reponitur. Hęc aqua cor ro-

borat, capitis doloris mulcet: nam cit corpus, quia eius subtilis caliditas igne dissociata abijt.

Aqua ex Arantiorum floribus odorata.

Cap. II.



POst odoratissimam rosarum aquam præstantissima sequitur ex Arantiorum floribus, nec odoris pręstantia primæ quicquam honoris cedit. Hic Neapoli maxima elicitur florum aquæ quantitas per omnes mundi partes deferenda in qua semper veris temperies arridet, & cuncta nostra viridaria his scatent.

Aqua ex Arantiorum floribus reponenda.

COlliguntur non qui ex suis arboribus delapsi in terram iacent flores, nam hi euanidi sunt odoris, sed manibus decerpti. Non roridi, sed aliquibus horis in vmbra passi, sed neque per diem odorem remittunt; ità tenaciter odor suis partibus inhęret. Compleantur vitrea vasa, & in aquę balneo reponantur, vel cineribus, indantur rostrati pilei, obstructis optimè iuncturis, ne tenuissimus odor elabatur. Tunc subiecto igne roridus vapor in summo pilei subreptus, ac frigori occursans ipsum irrorat, mox liquor refluus factus, in subiectum vas labitur: exceptus aliquibus diebus optimè clausus insolatur, ne quid tetri odoris fumi resipiat,

piat, quem vi ignis receperat, demum ad vsum reponitur. Distillatur etiam aqua ex citriorum, limonumque ac omnium acruminum generum floribus eximij etiã odoris: Sed in ea quæ ad sorbitionẽ paratur, recipiuntur tantum folia, reiectis calicibus, & fructuum rudimentis in medio floris stantibus, ne amarorem ex his resipiat, ac vitreis organis distillentur.

Aqua ex Arantiorum floribus venalis.

AQua mirum in modum venalis est, tùm condiendis magnatum cibis, tum ad odoramenta paranda, maximè ab vnguentarijs expetitur, & ad medicos vsus apprimè vtilis. Flores sine delectu in alueum ęneum conijciuntur cum maxima aquę quantitate, vt in rosis diximus. Distillant etiam florum recrementa, quę ab vnguentarijs reijciuntur, qui in condiendis pellibus ad chyrothecas, & thoraces, vtuntur, & eliciendo odorato oleo. Substratas enim pelles, ac nuda amigdala triduò floribus cumulant, bis in die recentes permutando, mox tusis amygdalis, & organo expressis, odoratum oleum eliciunt. Hos igitur neglectos per diem aqua madentes, post distillantes fragrantem aquam eliciunt. In Gallia Cisalpina, alijsq; frigidis locis ex frigida cœli intemperie, plantę ad flores nõ perueniunt: sed vix vitam ducũt, ob id ex plantarum citriorum summitatibus, & teneris foliolis aquam eliciunt, sed non primæ comparandam; Aquam per cinerem

nerem exuctam per aliquos dies insolant, donec exuat, si quã ex ignis violentia vstulationis labem conceperit.

Arantiorum aqua eximiæ fragrantiæ.

QVod si aquam fragrantioris odoris fieri voles, quemadmodum de rosis diximus ità de arantijs floribus faciendum iubemus, scilicet vt prius aqua distillata super recentiores flores irroretur, & quò pluries irrorauerìs super alios decerptos flores, & denuò distillaueris, eò valétiorem odoris effluuium, & operandi violentiam nancisceris, cuius exigua pars supra multam proiecta eiusmodi ferè odoris reddet. Aqua hæc ad medicamenta apprimè vtilis. Ad pestilentes febres vtilissimè propinatur, præcipuè quæ ex anthematibus veniunt, quia putredini maximè aduersatur. Selibra pota per sudorem à corde contagiosos humores expellit. Venenorum vim eludere, & retundere solet. Ore subinde colluto halitus suauitatem comendat. Odor ad animi deliquia prçualet. Distillata Limonum aqua mulierum facies expolit, vitiligines, & maculas emendat, varos delet, & acóros interimit. Cor roborat, eiusq; palpitationi salutare remedium est.

Odorata aqua ex Myrti floribus. Cap. III.



EX myrti quoq; floribus distillata aqua, suauitate, & odore præstát, hortorum delitiæ, & ornamentum, maximè myropolis expetita. Myrsinum pulcherrimam puellam in hanc plantam mutatam

tam fingunt Græcorum fabulæ,quod sui odoris præstan tia, ac insignium virtutum cumulo virginibus præstaret. Vt iam dictis ante floribus tertio gradu respondet, ideò & tertium ei locum ascripsimus,& suis etiam terrestribus partibus intestinus odor insidet, vt ex ea aqua & oleum insigne eliciatur, vt dicemus,quod non alijs omnibus euenit.

Aqua odorata ex Myrti floribus reponenda.

AQuam hæc est faciundi ratio, decerpuntur flores è nostrate Myrto syluestri,cuius folia dilutius virent,& aliquanto maiora sunt;nam vniuersus hic Neapolitanus tractus montes, & littora sponte eam fundunt, vt hæc odore celebrior. Vitreo vase inijciuntur, vas aquæ balneo, vel cineribus mergitur, cui pileus, & receptaculum iungitur, obturatis, picatisq; iuncturis, tunc è pileo illapsus latex odoratissimus erit.

Aqua ex Myrto venalis.

QVi vero myropolis distillant, æneo vase magnam fontanæ aquæ partem inijciunt, ac cauliculos teneros ramorum cum floribus decerptos, nam,& frondes æmulum odorem proferunt, vti Romæ, & Cisalpina in Gallia fieri vidimus, vbi plantæ ob frigoris violentiam malè hospitantur, vt vix ad florem perueniant.

nerem exuctam per aliquos dies insolant, donec exuat, si quã ex ignis violentia vstulationis labem conceperit.

Arantiorum aqua eximiæ fragrantiæ.

QVod si aquam fragrantioris odoris fieri voles, quemadmodum de rosis diximus ità de arantijs floribus faciendum iubemus, scilicet vt prius aqua distillata super recentiores flores irroretur, & quò pluries irroraueris super alios decerptos flores, & denuò distillaueris, eò valẽtiorem odoris effluuium, & operandi violentiam nancisceris, cuius exigua pars supra multam proiecta eiusmodi ferè odoris reddet. Aqua hæc ad medicamenta apprimè vtilis. Ad pestilentes febres vtilissimè propinatur, præcipuè quæ ex anthematibus veniunt, quia putredini maximè aduersatur. Selibra pota per sudorem à corde contagiosos humores expellit. Venenorum vim eludere, & retundere solet. Ore subinde colluto halitus suauitatem comendat. Odor ad animi deliquia preualet. Distillata Limonum aqua mulierum facies expolit, victiligines, & maculas emendat, varos delet, & acóros interimit. Cor roborat, eiusq; palpitationi salutare remedium est.

Odorata aqua ex Myrti floribus. Cap. III.



EX myrti quoq; floribus distillata aqua, suauitate, & odore præstat, hortorum delitiæ, & ornamentum, maximè myropolis expetita. Myrsinum pulcherrimam puellam in hanc plantam mutatam

tam fingunt Græcorum fabulæ, quod sui odoris præstantia, ac insignium virtutum cumulo virginibus præstaret. Vt iam dictis ante floribus tertio gradu respondet, ideò & tertium ei locum ascripsimus, & suis etiam terrestribus partibus intestinus odor insidet, vt ex ea aqua & oleum insigne eliciatur, vt dicemus, quod non alijs omnibus euenit.

Aqua odorata ex Myrti floribus reponenda.

AQuam hæc est faciundi ratio, decerpuntur flores è nostrate Myrto syluestri, cuius folia dilutius virent, & aliquanto maiora sunt; nam vniuersus hic Neapolitanus tractus montes, & littora sponte eam fundunt, vt hæc odore celebrior. Vitreo vase inijciuntur, vas aquæ balneo, vel cineribus mergitur, cui pileus, & receptaculum iungitur, obturatis, picatisq; iuncturis, tunc è pileo illapsus latex odoratissimus erit.

Aqua ex Myrto venalis.

QVi vero myropolis distillant, æneo vase magnam fontanæ aquæ partem inijciunt, ac cauliculos teneros ramorum cum floribus decerptos, nam, & frondes æmulum odorem proferunt, vti Romæ, & Cisalpina in Gallia fieri vidimus, vbi plantæ ob frigoris violentiam malè hospitantur, vt vix ad florem perueniant.

Aqua myrti miræ fragrantiæ.

SI vt ſuperius de floribus diximus extracta aqua ſuper flores iterum atque iterum proieceris, & diſtillando eundem laborem ſuſceperis, aqua miram acquiret odoris ſuauitatem Aqua conſtringentis eſt facultatis. Pota halitus oris commendat. Ad oris item vlcera valet, & etiam ſuper generoſa obſonia inſpergitur.

Odorata florum, Lauendulæ aqua. *Cap.* IIII.



X odorata ſtirpe illa, quam herbariorum vulgus lauendulam vocat, nardi ſpecie, vt verius pſeudonardus dici deberet, quod odore nardum æmulatur. aqua diſtillata madendis linteis gratiore, & ſuauiore odore commendat tanta odoris fragrantia, vt omnes flores odoris iucunditate prouocet, qua de re veſtibus etiam inſeritur, & in manuales faſciculos digeritur, balneis & hominum lauacris expetitur, elotaq; omnia, ſi permiſceatur, odorata reddit, ob id vitioſa quadam vocabuli corruptione lauandulam vocant. Inſolata ſeruatur etiam ad varios odorum vſus. Conſtat terreis ſpirituoſiſq; partibus, ob id flores, frondes, ac tota deniq; ſtirps aquam, & oleum odoratum reddunt. Decerpantur flores veris exitu Iunio, & Iulio menſibus, purpurei frequentibus ſpicis ſparſi, ex locis apricis & petroſis,

petrosis, nam grauius redolent, vitreis organis inditi, ac balneo, vel cineribus distillandi imponuntur, & aqua ex eis emanans ad omnes vsus odoratissima. Frondes etiam distillantur, & eumdem fere odorem spirant. Si recentes flores habere non poterimus, siccos aqua biduo macerabimus fontana, vel rosacea mox subiectis ignibus fragrans elicitur aqua. Si olei quod nobis ex Gallia euehitur aliquot stillę in fontanam irrorentur aquã, commixta, & commota ex oleo aqua, suauissimum odorem concipiet. Vel si siccos flores aquæ madendos impones, ac soli bene operculato in vase exposueris, eamdem odoris commendationem repræsentabit. Stillatitius odoratus latex fronte, & temporibus illitus catalepsi, & leuiori hemiplexia, comitiali morbo, & sincope laborantibus succurrit.

Aqua odorata ex odorato Trifolio. *Cap. V.*



Doratum Trifolium sui odoris commendatione distillatorijs Neapolitanis officinis frequentius venit, quod Tribulum vocant vrbanæ Loti speciem. Referunt flores, & frondes eumdem odorem, & etiam resiccata plenius redolet. In tempestatibus odor intenditur, vt locum in quo herba sata residet, suo odore repleat. Lætioribus locis oritur, videturq; ad odorem, & hominum volupe nata herba. Syluestris odoris est infirmioris: Sed miror apud incolas, & peregrinos hu-

ius herbæ odorem in prętio non haberi, niſi in cauſa fuerit, non omnibus in locis odoris iucunditate ſeri: ſed eius odorem pro locorum varietate intendi, & remitti; Hic maximus apud vnguentarios vſus, aqua per ſe ſola, & cum alijs floribus commixta, eximiam odoris redolentiam repreſentat. Decerpuntur floridi apices cum teneris frondibus veris initio, diſtillanturq; balneo, vel cineribus.

Odorata aqua ex Iaſeminis. *Cap. VI.*



NAſcuntur apud nos Iaſemini, vel Gelſomini flores odorati, & prętioſi tanta copia, vt nulla ſint viridaria, nullæ mulieres, quæ in fictilibus vaſculis non alant ob ſui ſpecioſitatem, & ſuaueolentiam, & ornamentum, videnturq; florum omnium odorem ſuperare, vt principatum facilem ſibi vendicent. Et mane in viridarijs deambulantes propè floridas plantas experiuntur ex eis gratum odorem halare, & ita animum exhilarare, vt homines huius ſuauitate capti, & odoris iucunditate illecti, ab eis diſcedere non patiātur, magnetina odoris virtute. Flores enim manipulatim componuntur, vt ſemper in manibus habeamus; quouſq; odoris gratiam exuant. Duo apud nos genera naſcuntur, ſatiuum quod tota Aeſtate floret, & Autumno iucundiſſimi, & validiſſimi odoris, & ſylueſtre, quod remiſſius halat. Vitreis organis ex his difficillimè

mè odorata aqua extrahitur, nam tenuissima odoris vis in summa florum cute residet, vt leuissimo quoq; igne abeat in auras, & odoris gratiam exuat, quod hoc argumento probatur. Si diutius in Sole manserint inolescit suaueolentia, & inodori remanent flores, ijdemq; sicci, nil prorsus odoris spirantes in totum reijciuntur, & si digitis flores compresseris inolidis terrestribus partibus cum superficiarijs olentibus se permiscentibus suauitas illa madore intrinseco retusa, ignauo fętore contaminatur, cum minor pars olida à maiori inolida suppeditetur, & mira odoris suauitas illa non pertinax cum inolidis partibus compensatur. ob id mea tempestate hominem non cognoui qui stillarijs organis ex his suaueolentem aquam exugeret, nec vnquàm venalem expositã vidi. Nitemur igitur, & si odor in tenuibus, & superficiarijs partibus insideat, maxima sedulitate, & industria extrahere, vt & si odor citissimè è floribus expiret, in aquis potissimum, & oleis apud nos commorare cogamus.

Odorata aqua ex Iaseminis.

QVia pars illa superficiaria flatulenta est, & vaporosa, ne cum fœtidis immisceatur, ob id organa ampla, eademq; humilia requirit, ne debiles illi flatus, & vapores subnixi in ascendendo laborẽt, & inclinato etiam vase. Replentur igitur ex satiuis Iasiminis vitrea vasa recentibus, & non resiccatis, nam potius ingrati, quàm grati odoris aqua eliceretur, &

aquæ balneo collocentur inditis pileis, & optimè commessuris emplastratis, & picatis, leui igne breui temporis interuallo coquantur, vt tenuissimum illum aerem expirent. Nec nimis flos incalescat, quia si ex totius cõposito manaret vapor, ingrati esset odoris, sic vix exortus vapor in receptaculum exoneretur. Ac vbi paululum extillauerint, subducto igne amoueatur vas, & exceptam aquam super alios recentes flores irrorabis, & eamdem operam impendes; sic secundo gratioris odoris fluet aqua. Vndè ter, & quater effeceris, & magnum acquiret aqua odoris effluuium. & si odore fragrat maximis etiam ad animi recreationem pollet viribus.

Aqua odorata ex Moschatulis rosis. Cap. VII.



N eodem distillationis genere difficillimæ sunt rosæ albæ ab insigni moschi odore, moschatulæ dictæ: habēt enim & ipse in summa superficie tenuioris odores aurã inspersam: ob id digitis cõfricatę, nec moschum olent, nec eximia illa odoris suauitate delectant. Vnde sedulam operam nauaré oportet, vt distillatione eius odor eliciatur. Decerpantur igitur non quæ à Sole exuctæ sero pallidum colorem contraxerint; nec folia in terram delapsa; nam his nullus odor: sed quæ adhuc in folliculis conuolutæ, & conglobatæ iam iam in folia explicantur, non proiectis luteis illis apicibus in medio florum stantibus. Hæ in vitreum vrinale

nale collocentur, latum & contractum, sic leui aquæ balneo ne laboret ascendendo vapor. Excepta aquam denuo super recentes irrorabis, vt diximus, & distillabis, vt placidiorem magis paulo teneat odoris auram. Syluestres etiam quæ passim in dumetis luxuriant, & si minoris odoris, non tamen dispari odore indonatæ, nam si videntur syluestrem habitum induisse, non ità tamen odore viduatæ sunt, vt ne odoris commendatione distillari nequeant.

Aqua odorata ex purpureis Violis. Cap. VIII.



T veris prænuntia, & prima inter vernos flores emicat viola, ita præcipuè odoris commendationis, & vtilitatis existit, vt videatur naturam ad hominum vtilitatem creasse. Nam si eam spectes, maximè saturata illa sua virente purpura oculos recreat, & si per locum ambulabis, vbi illæ consitæ sint, non parum olfactus miro illo suo odoris oblectamento capietur. In eadem specie florum sunt qui superficiarium illum vapidum odoris spiritum possident; vt nisi citò discerpas, odoris effluuium expiret. Vndè prius decerpantur, oportet, quam solis vim experianrur, nam illico exolescit odor, & siccæ nil penitus redolent, nec roribus madidæ, quia obtunditur. Decerpantur igitur tempore quo Solis calor virtutem non resoluerit. eligantur nigriores, nam quæ saturatiore purpura nitent,

borat, capitis doloris mulcet: nam cit corpus, quia eius subtilis caliditas igne dissociata abijt.

Aqua ex Arantiorum floribus odorata. *Cap. II.*



Post odoratissimam rosarum aquam præstantissima sequitur ex Arantiorum floribus, nec odoris prestantia primæ quicquam honoris cedit. Hic Neapoli maxima elicitur florum aquæ quantitas per omnes mundi partes deferenda in qua semper veris temperies arridet, & cuncta nostra viridaria his scatent.

Aqua ex Arantiorum floribus reponenda.

Colliguntur non qui ex suis arboribus delapsi in terram iacent flores, nam hi euanidi sunt odoris, sed manibus decerpti. Non roridi, sed aliquibus horis in vmbra passi, sed neque per diem odorem remittunt; ità tenaciter odor suis partibus inhęret. Compleantur vitrea vasa, & in aquę balneo reponantur, vel cineribus, indantur rostrati pilei, obstructis optimè iuncturis, ne tenuissimus odor elabatur. Tunc subiecto igne roridus vapor in summo pilei subreptus, ac frigori occursans ipsum irrorat, mox liquor refluus factus, in subiectum vas labitur: exceptus aliquibus diebus optimè clausus insolatur, ne quid tetri odoris fumi resi-

piat,

piat, quem vi ignis receperat, demum ad vsum reponitur. Distillatur etiam aqua ex citriorum, limonumque, ac omnium acruminum generum floribus eximij etiã odoris: Sed in ea quæ ad sorbitionẽ paratur, recipiuntur tantum folia, reiectis calicibus, & fructuum rudimentis in medio floris stantibus, ne amarorem ex his resipiat, ac vitreis organis distillentur.

Aqua ex Arantiorum floribus venalis.

AQua mirum in modum venalis est, tùm condiendis magnatum cibis, tum ad odoramenta paranda, maximè ab vnguentarijs expetitur, & ad medicos vsus apprimè vtilis. Flores sine delectu in alueum ęneum conijciuntur cum maxima aquę quantitate, vt in rosis diximus. Distillant etiam florum recrementa, quę ab vnguentarijs reijciuntur, qui in condiendis pellibus ad chyrothecas, & thoraces, vtuntur, & eliciendo odorato oleo. Substratas enim pelles, ac nuda amygdala triduo floribus cumulant, bis in die recentes permutando, mox tusis amygdalis, & organo expressis, odoratum oleum eliciunt. Hos igitur neglectos per diem aqua madentes, post distillantes fragrantem aquam eliciunt. In Gallia Cisalpina, alijsq; frigidis locis ex frigida cœli intemperie, plantę ad flores non perueniunt: sed vix vitam ducũt, ob id ex plantarum citriorum summitatibus, & teneris foliolis aquam eliciunt, sed non primæ comparandam; Aquam per ci-

nerem exuctam per aliquos dies insolant, donec exuat, si quã ex ignis violentia vstulationis labem conceperit.

Arantiorum aqua eximiæ fragrantiæ.

QVod si aquam fragrantioris odoris fieri voles, quemadmodum de rosis diximus ità de arantijs floribus faciendum iubemus, scilicet vt prius aqua distillata super recentiores flores irroretur, & quò pluries irrorauetis super alios decerptos flores, & denuò distillaueris, eò valẽtiorem odoris effluuium, & operandi violentiam nancisceris, cuius exigua pars supra multam proiecta eiusmodi ferè odoris reddet. Aqua hæc ad medicamenta apprimè vtilis. Ad pestilentes febres vtilissimè propinatur, præcipuè quæ ex anthematibus veniunt, quia puttedini maximè aduersatur. Selibra pota per sudorem à corde contagiosos humores expellit. Venenorum vim eludere, & retundere solet. Ore subinde colluto halitus suauitatem comendat. Odor ad animi deliquia præualet. Distillata Limonum aqua mulierum facies expolit, vitiligines, & maculas emendat, varps delet, & acóros interimit. Cor roborat, eiusq; palpitationi salutare remedium est.

Odorata aqua ex Myrti floribus. Cap. III.

EX myrti quoq; floribus distillata aqua, suauitate, & odore præstat; hortorum delitiæ, & ornamentum, maximè myropolis expetita. Myrsinum pulcherrimam puellam in hanc plantam muta-

tam fingunt Græcorum fabulæ, quod sui odoris præstantia, ac insignium virtutum cumulo virginibus præstaret. Vt iam dictis ante floribus tertio gradu respondet, ideò & tertium ei locum ascripsimus, & suis etiam terrestribus partibus intestinus odor insidet, vt ex ea aqua & oleum insigne eliciatur, vt dicemus, quod non alijs omnibus euenit.

Aqua odorata ex Myrti floribus reponenda.

AQuam hæc est faciundi ratio, decerpuntur flores è nostrate Myrto syluestri, cuius folia dilutius virent, & aliquanto maiora sunt; nam vniuersus hic Neapolitanus tractus montes, & littora sponte eam fundunt, vt hæc odore celebrior. Vitreo vase inijciuntur, vas aquæ balneo, vel cineribus mergitur, cui pileus, & receptaculum iungitur, obturatis, picatisq; iuncturis, tunc è pileo illapsus latex odoratissimus erit.

Aqua ex Myrto venalis.

QVi vero myropolis distillant, æneo vase magnam fontanæ aquæ partem inijciunt, ac cauliculos teneros ramorum cum floribus decerptos, nam, & frondes æmulum odorem proferunt, vti Romæ, & Cisalpina in Gallia fieri vidimus, vbi plantæ ob frigoris violentiam malè hospitantur, vt vix ad florem perueniant.

Aqua myrti mira fragrantia.

SI vt superius de floribus diximus extracta aqua su per flores iterum atque iterum proieceris, & distillando eundem laborem susceperis, aqua miram acquiret odoris suauitatem Aqua constringentis est facultatis. Pota halitus oris commendat. Ad oris item vlcera valet, & etiam super generosa obsonia inspergitur.

Odorata florum, Lauendulæ aqua. Cap. IIII.



X odorata stirpe illa, quam herbariorum vulgus lauendulam vocat, nardi specie, vt verius pseudonardus dici deberet, quod odore nardum æmulatur. aqua distillata madendis linteis gratiore, & suauiore odore commendat tanta odoris fragrantia, vt omnes flores odoris iucunditate prouocet, qua de re vestibus etiam inseritur, & in manuales fasciculos digeritur, balneis & hominum lauacris expetitur, elotaq; omnia, si permisceatur, odorata reddit, ob id vitiosa quadam vocabuli corruptione lauandulam vocant. Insolata seruatur etiam ad varios odorum vsus. Constat terreis spirituosisq; partibus, ob id flores, frondes, ac tota deniq; stirps aquam, & oleum odoratum reddunt. Decerpantur flores veris exitu Iunio, & Iulio mensibus, purpurei frequentibus spicis sparsi, ex locis apricis & petrosis,

petrosis, nam grauius redolent, vitreis organis inditi, ac balneo, vel cineribus distillandi imponuntur, & aqua ex eis emanans ad omnes vsus odoratissima. Frondes etiam distillantur, & eumdem fere odorem spirant. Si recentes flores habere non poterimus, siccos aqua biduo macerabimus fontana, vel rosacea mox subiectis ignibus fragrans elicitur aqua. Si olei quod nobis ex Gallia euehitur aliquot stillę in fontanam irrorentur aquā, commixta, & commota ex oleo aqua, suauissimum odorem concipiet. Vel si siccos flores aquæ madendos impones, ac soli bene operculato in vase exposueris, eamdem odoris commendationem repraesentabit. Stillaticius odoratus latex fronte, & temporibus illitus catalepsi, & leuiori hemiplexia, comitiali morbo, & sincope laborantibus succurrit.

Aqua odorata ex odorato Trifolio. Cap. V.



ODoratum Trifolium sui odoris commendatione distillatorijs Neapolitanis officinis frequentius venit, quod Tribulum vocant vrbanæ Loti speciem. Referunt flores, & frondes eumdem odorem, & etiam resiccata plenius redolet. In tempestatibus odor intenditur, vt locum in quo herba sata residet, suo odore repleat. Lætioribus locis oritur, videturq; ad odorem, & hominum volupe nata herba. Syluestris odoris est infirmioris. Sed miror apud incolas, & peregrinos hu-

ius herbæ odorem in pretio non haberi, nisi in causa fuerit, non omnibus in locis odoris iucunditate seri: sed eius odorem pro locorum varietate intendi, & remitti; Hic maximus apud vnguentarios vsus, aqua per se sola & cum alijs floribus commixta, eximiam odoris redolentiam repræsentat. Decerpuntur floridi apices cum teneris frondibus veris initio, distillanturq; balneo, vel cineribus.

Odorata aqua ex Iaseminis. *Cap. VI.*



NAscuntur apud nos Iasemini, vel Gelsomini flores odorati, & pretiosi tanta copia, vt nulla sint viridaria, nullæ mulieres, quæ in fictilibus vasculis non alant ob sui speciositatem, & suaueolentiam, & ornamentum, videnturq; florum omnium odorem superare, vt principatum facilem sibi vendicent. Et mane in viridarijs deambulantes propè floridas plantas experiuntur ex eis gratum odorem halare, & ita animum exhilarare, vt homines huius suauitate capti, & odoris iucunditate illecti, ab eis discedere non patiantur, magnetina odoris virtute. Flores enim manipulatim componuntur, vt semper in manibus habeamus; quousq; odoris gratiam exuant. Duo apud nos genera nascuntur; satiuum quod tota Aestate floret, & Autumno iucundissimi, & validissimi odoris, & syluestre, quod remissius halat. Vitreis organis ex his difficillimè

me odorata aqua extrahitur, nam tenuiſſima odoris vis in ſumma florum cute reſidet, vt leuiſſimo quoq; igne abeat in auras, & odoris gratiam exuat, quod hoc argumento probatur. Si diutius in Sole manſerint inoleſcit ſuaueolentia, & inodori remanent flores, ijdemq; ſicci, nil prorſus odoris ſpirantes in totum reijciuntur, & ſi digitis flores compreſſeris inolidis terreſtribus partibus cum ſuperficiarijs olentibus ſe permiſcentibus ſuauitas illa madore intrinſeco retuſa, ignauo fętore contaminatur, cum minor pars olida à maiori inolida ſuppeditetur, & mira odoris ſuauitas illa non pertinax cum inolidis partibus compenſatur. ob id mea tempeſtate hominem non cognoui qui ſtillarijs organis ex his ſuaueolentem aquam exugeret, nec vnquàm venalem expoſitã vidi. Nitemur igitur, & ſi odor in tenuibus, & ſuperficiarijs partibus inſideat, maxima ſedulitate, & induſtria extrahere, vt & ſi odor citiſſimè è floribus expiret, in aquis potiſſimum, & oleis apud nos commorare cogamus.

Odorata aqua ex Iaſeminis.

QVia pars illa ſuperficiaria flatulenta eſt, & vaporoſa, ne cum fœtidis immiſceatur, ob id organa ampla, eademq; humilia requirit, ne debiles illi flatus, & vapores ſubnixi in aſcendendo laborẽt, & inclinato etiam vaſe. Replentur igitur ex ſatiuis Iaſiminis vitrea vaſa recentibus, & non reſiccatis, nam potius ingrati, quàm grati odoris aqua eliceretur, &

aquæ balneo collocentur inditis pileis, & optimè commessuris emplastratis, & picatis, leui igne breui temporis interuallo coquantur, vt tenuissimum illum aerem expirent. Nec nimis flos incalescat, quia si ex totius cõposito manaret vapor, ingrati esset odoris, sic vix exortus vapor in receptaculum exoneretur. Ac vbi paululum extillauerint, subducto igne amoueatur vas, & exceptam aquam super alios recentes flores irrorabis, & eamdem operam impendes; sic secundo gratioris odoris fluet aqua. Vndè ter, & quater effeceris, & magnum acquiret aqua odoris effluuium. & si odore fragrat maximis etiam ad animi recreationem pollet viribus.

Aqua odorata ex Moschatulis rosis. Cap. VII.



IN eodem distillationis genere difficillimæ sunt rosæ albæ ab insigni moschi odore, moschatulæ dictæ: habẽt enim & ipse in summa superficie tenuioris odores aurã inspersam: ob id digitis cõfricatę, nec moschum olent, nec eximia illa odoris suauitate delectant. Vnde sedulam operam nauaré oportet, vt distillatione eius odor eliciatur. Decerpantur igitur non quæ à Sole exuctæ sero pallidum colorem contraxerint; nec folia in terram delapsa; nam his nullus odor: sed quæ adhuc in folliculis conuolutæ, & conglobatæ iam iam in folia explicantur, non proiectis luteis illis apicibus in medio florum stantibus. Hæ in vitreum vrinale

nale collocentur, latum & contractum, sic leui aquæ balneo ne laboret ascendendo vapor. Excepta aqua denuo super recentes irrorabis, vt diximus, & distillabis, vt placidiorem magis paulo teneat odoris auram. Syluestres etiam quæ passim in dumetis luxuriant, & si minoris odoris, non tamen dispari odore indonatæ, nam si videntur syluestrem habitum induisse, non ità tamen odore viduatæ sunt, vt ne odoris commendatione distillari nequeant.

Aqua odorata ex purpureis Violis. *Cap. VIII.*



T veris prænuntia, & prima inter vernos flores emicat viola, ita præcipuè odoris commendationis, & vtilitatis existit, vt videatur naturam ad hominum vtilitatem creasse. Nam si eam spectes, maximè saturata illa sua virente purpura oculos recreat, & si per locum ambulabis, vbi illæ consitæ sint, non parum olfactus miro illo suo odoris oblectamento capietur. In eadem specie florum sunt qui superficiarium illum vapidum odoris spiritum possident; vt nisi citò discerpas, odoris effluuium expiret. Vndè prius decerpantur, oportet, quam solis vim experiantur, nam ilico exolescit odor, & siccæ nil penitus redolent, nec roribus madidæ, quia obtunditur. Decerpantur igitur tempore quo Solis calor virtutem non resoluerit. eligantur nigriores, nam quæ saturatiore purpura nitent,

præstantioris odoris fragrãtia magis olfactui blandiuntur,non albæ vel delutioris coloris; nam euanidi odoris sunt, nec ortæ humidis,vel vmbrosis locis. Distillantur eo more quo de alijs diximus, & recentibus aquis distillatis superiniectis denuo distillentur. Si enim in fontanam aquam insperseris, ac per diei quadrantem immorari patieris, aquæ suũ odorem conciliabunt, & si id ter, quater repetes,maiorem violarum odoris gratiam sine distillatione nanciscentur.

Ex Caryophyllis floribus odorata aqua. *Cap. I X.*



On in vltimis ponendus est speciosus, & odoratus Caryophyllorum flos, quippè cum omnibus de pulchritudine viribus, & odoris prętantia certet. Hi figulinis in vasculis à mulieribus fouentur, his hortorum areæ decorantur, & fasciculi olfactorij in hominum manibus versantur ad odoris gratiam, & animi vires recreandas. Aqua non minus difficulter quàm ex superioribus elicitur. Seligantur non albi, nec qui in candidis folijs cruoris notulis inficiuntur, non qui languido rutilant cocco,non syluestres, nam non vt superiores odorem tribuunt: sed qui saturato cruore renident, & qui ex multiplicibus foliolis flores conflatos gerunt. Proijciantur calathi, & quæ in medio stamina se ostendunt, reiectis etiam forfice vnguibus ita enim vocamus partes illas albas,quæ petiolo, & calatho inserun-

inſeruntur. Frondes in vitream ampullam conijciuntur atque in aquam tepidè bullientem collocantur, vt tenuiſſimus vapor in ſummis frondibus inſidens ſurrigatur ad pilei teſtudinem, & extillet. Si pulueris aliquid Indorum cariophyllorum in pilei canali circumdabitur, mirum in modum aquæ odorem augebit. Vires eius validiſſimæ ad animi deliquia: nam qui animi deliquio conſternuntur, ſi olfactui appropinquetur, maximè reficiuntur. Ad peſtis contagia præſtantiſſimè ſum expertus, & ad febres contagioſas, & melancholicas cordis paſſiones.

De odorata Liliorum aqua. Cap. X.



Eſtatis decus, & honor eſt Lilium ſuo incontaminati candoris nitore, ac venuſtate, ac blando ſuauis odoris effluuio ab omnibus concupitum, vt flos florum dici poſſit; ob id Iunonis roſam, & Veneris volupe vocatum: ſed ab eo odoratam elicere aquã vix poteſt arte nanciſci. nam vix Sole illuſtrati ſuum expirant odorem: nam tenuiſſima floris ſubſtantia, in qua odor ille reſidet, illico efflatur, vt ne veſtigium quidem odoris conſeruet. Eligantur igitur ſolæ frondes vix è caliculo dehiſcentes, reijciantur ſtamina, mox vitrea in ampulla optimè ſtipatis iuncturis; aquæ balneo reponantur, ac ſubdito molliuſculo igne tantiſper coquantur, vt vix flores videantur contabuiſſe maxima

ſedulita-

ſedulitate, ne voto fruſtreris, & ſic odorata elicitur aqua. Stillatitia eius aqua parturientibus maximã præſtat opem, ac pellendis ſecundis. Maculas è mulierum viſu abſtergit, rugas delet, candiditatem carni conciliat.

De odorata Narciſſi aqua. Cap. XI.



POſt Lilium Narciſſum dicemus cognatione odoris, qui plerunq; in Lilium degenerat. Sunt, & Narciſſi odore ipſo ſuauiſſimi, cuius plura ſunt genera; illum nos diſtillabimus qui croceis intus foliolis, foris albis cingentibus, vt Ouidius canit ſuauiſſimi, & violenti odoris, ferè ſoporiferi adeoq; vberi odoris, vt ſæpius odorati caput tentent, dicunturq; à ναρκῶ quaſi torpeo, quod caput grauet torpedine. Si modo quem ſuperius diximus, diſtillabitur, odoratam fundet aquam, immò illius violentiæ magnam partem exuunt, vt tutius odorari poſſit, & violentiæ loco ſuauitatem recipiant. Eandem operam impendendo ex cæruleo Hyacintho odorata effluet aqua.

Aqua odorata ex Azadarach floribus. Cap. XII.



ARborem illam, quam alij Loton, Arabes Azadarach dicunt, in Italia arbor Paradiſi vocari cœpta. nomenq; inde poſitũ, quod flores pergrato odoris effluuio nares oblectet veluti Paradiſi, cuius fructu Hiſpani ad numerandas

das preces vtuntur. Arbor conspicuæ venustatis, & odoris est. Flores hi per aquæ balneum opera, & sedulitate vt superius diximus, distillati fragrantem aquam effundunt, quia flos tenuis vt Iaseminis, ideo parem illis operam exposcunt.

Aqua odorata ex herbis. Cap. XIII.



X herbis etiam odorata elicitur aqua, quarum hoc capite aliquas commemorabimus, & per se solę odoratæ sunt, & cum alijs commixtæ, & odorem, & salutem nobis conferunt. & primo de Ocimo dicamus, Græci Basilicon vocant, quasi regium, quod regio eius odore, regio nomine dignum sit. Ex hoc extracta aqua suauiter redolet: sed odoratior ex genere illo, quod minimis constat folijs, & odore celebrius; Neapolitanum vulgus Basilicum gentilem vocat. Aliud est genus ab insigni exoticorum odore Caryophyllorũ, Caryophyllatum vocant. odoratissimam aquam effundit. Aliud est quoq; quod ab odore mali citrij, vt nulla inter frondes, & citrium intersit differentia, Citratum vocamus, quorum aquæ olfactu cordi, & capiti prosunt, & animi mœrorem ex atra bile ortam emendat, & hilarem, & lętum reddit, & in animi deliquio salutare est. Caryophyllatum ad cordis affectus, illudq; roborandum, cæteris aptius animiq; deliquijs præstat. Est altera Ocimi species, quam Acinon vocant, Neapo-

litani

litani Ardichella à maxima cum vrticæ floribus similitudine in aquæ balneo odoratam manat aquam. Melissa ab insigni Citri odore Citraginem vocat, cuius distillata aqua cor roborat, & animi mœrores ex atra bile ortos expellit. Ad cardiacos effectus, vt citrium etiam prodest quod si nares consulas non nisi citrium olet. Ex radicibus caryophyllatæ herbæ odoratis aqua exugitur, quæ eosdem cum caryophyllis exotericis effectus retinet.

Aqua odorata ex pluribus commixtis. Cap. XIIII.



Diximus de simplicibus, nunc de compositis. Sæpissimè in distillationibus solemus, flores, & frondes commiscere, tùm ad odoratiorem aquam parandam, tùm ad medicos vsus, tum ad mulieres decorandas. Aquam rosaceam, vel aliorum florum moschatam conficies, si locatis in ampulla floribus moschi granum in pilei canali, vel rostri extremitate accõmodaueris, et extillans aqua, & per moschum illabens, moschi odorem recipiet, & sic maximam moschatæ aquæ quantitatem parabis; id tamen moneo animaduertendum in compositionibus, vt non ex omnibus æquale pondus adijcias: nam quæ valentioris sunt odoris, infirmiores obtundunt, & inolfactu suppeditantur, vt discerni nequeant: sed potentioris odoris minor, languidioris maior pars opponatur, vt consonans ex his consurgat

odoris

odoris harmonia. Exemplum damus, Rosarum partes duæ, Aurantiorum florum vna, Lauendulæ dimidia, Trifolij odorati pars quarta, Myrti vna & dimidia, indantur in vitreo vase, in cuius pilei nare Moschum collocetur, vt indè delabens aqua moschi odorem recipiat, & odoratissima manabit aqua; Vel capiantur Rosarum, Arantiorum, Myrti, Trifolij odorati quantitates iam dictæ, & alternatim in ampullæ alueo collocentur, quibus adde Sambuci flores, Rosas moschatas, Lilia, summitates ramorum Citrij, ac vitrea in ampulla locentur. Interea in ollula vitro intus illita, Stirax, Belzoinum, Caryophylli, & Lignum aloes bulliant parumper; indè aqua supra flores spargatur in alueo operculato, & picato, & in rostri osculo granum Moschi accommodabis, Zibeti, & Ambaræ, ac leuibus prunis per aquæ balneum stillantem aquam excipies. Vel recipiantur Basilici frondes, Mentæ, Mari, Iridis radicum, Saluiæ, Melissæ, Lauendulæ, & Rorismarini, & his adijciantur Caryophylli, Cinnamomi, Nucis myristicæ pauca quantitas, ac Citrij cortices. Hęc omnia in aquis odoratis supradictis triduo macerabis, indè per aquæ balneum extillabis.

Quomodo flores in distillatione suos colores, seu vires conseruent. Cap. XV.



Via colores in plerisq; sunt essentiæ simplicium, vt in auro, floribus, & alijs, ob id maxima sedulitate attendendum, vt colores cum aquis extrahãtur; vt suo loco declarabimus posterius: qui non minus oculos oblectant, quàm ad medicos vsus præstãt, nam in distillatione flores non solum vires: sed colores conseruant, & fortasse locupletius, & vt à rosis incipiamus. Excipiuntur rosarum florum frondes, & præcipuè quæ saturato cruore micant, caninæ vulgò dictæ, vitreo paruo vasculo accommodantur paruli oris, hoc vas intra aliud vas laxioris aluei inditur, quod substratas habeat rosas cuiuscunq; coloris fuerint, pileus, & receptaculum imponuntur, & picantur, & substrato igne vapor ex rosis subreptus in vasculum illabens, colorem ex rosis elicit, & cum succo admiscentur, & peracta distillatione, sumatur vas ex magni vasis alueo, & in fundo rosaceo, vel sanguineo colore tinctam reperies, & ex pilei nare clarissimam distillabit aquam, vt vtramq; habeas, & cruentam, & claram; cruenta tàm vehementis erit odoris, vt sæpius odorata caput tentet. Potest, & alio modo colorari. Vase rosis repleto extinctæ frondes in pilei canali accommodabis, & mox clauso vase, ignem subijcias: nam vapor pilei testudinem tangens frigi-

frigido vitro occurrens, vertitur in aquam per pilei latera in canalem defluens per narem, coloratam aquam extillabit, secum habens odorem, colorem, & vires. Id etiam experiemur in purpureis violis, cuius si frondes in pilei canali circumpones, & alios flores in alueo ex pileo illabens calida aqua per canalem decurrens coloratur, & in receptaculum purpurea manabit aqua.

Quod hæc maioris sit virtutis, quàm simpliciter extillatæ, experti sumus aquam rosarum cruentatam madefactis lineis frustulis, ac tempori circumpositis, capitis dolorum illico amouere, quod non euenit ex clara distillata.



IO. BAPT. PORTAE NEAPOLITANI Distillationum,

LIBER TERTIVS.

In quo de oleorum distillatione tractatur.

PROOEMIVM.

Diximus superiori libro ex floribus, & herbis odoratis de aquarum distillationibus, nunc ad oleorum extractiones properabimus, res digna admodum, & industria, labore, paratuq; magno perficitur. In oleis, vt diximus eximiæ rerum virtutes, & mirabiles latent operandi vires, & si alijs vasis extrahi posse non negamus; nos tamen peculiariter hoc vno vtemur, quo vstrinę dubium, & operantis socordiam non timemus: Sed fornacem, & vas constituamus.

Descriptio vasis, & fornacis ad oleorum extractionem. Cap. I.



T si multifariam multisq; modis olea ex herbis, & floribus extrahi possunt, hoc tamen modo contenti erimus; nam eo quot quot vidimus, & experti sumus, nullum commodius, & opportunius reperimus. Fiat ahenum ad oui similitudinem capacius, cuius latitudo duorum pedum, profunditas verò trium, In summitate collum angustum bene, & latum semipedale, pileo grandiori recipiendo accommodatum, vt ipsius latera extremo orarum suarum ambitu includat, pileus longo rostro aquam distillatam in receptaculum longo rostro diffundat. Vasis mox turris forma pileo circumponitur ex stamnea, vel ferrea bractea, vt veluti vessica aquam interfusam recipiat, quo perpetuum insit frigus, & pilei testudinem superet. In imo canalem cum suo epistomio possideat, qua calefacta ad libitum exinaniri possit. Fornacula hoc modo paratur. A solo bicubitalis surgat rotunda, vel quadrangula forma è calce, & lateribus, pede supra planum erecta, pauimentum sternatur in cuius medio fenestretur. Fenestra ferrea tegete cooperiatur, qua laxius cinis egeratur. In summo rotunda erit tantæ laxitatis, vt ahenum vas in se recipiat. Infra vas transuer-

ſo ferro fulciatur tantę ſoliditatis, vt ignis ardorem, & vaſis pondus ſubſtentet. Feneſtella è regione ferreæ tegetis aperiatur, per quam ligna, & carbones inijciantur, eximia feneſtella cineres è crate cadentes exerantur. Vaſis hic erit vſus. Repletur tertia pars florum; mox aqua fontana lympida infunditur, vt flores, & herbas per ſemipedem excreſcat; inditur pileus circumlitis orificijs, & imponitur fornaci, ac ſuppoſitis flagrantibus prunis incaleſcat, nam quamuis flagrantibus prunis ſuppoſitis ſtillatitia aqua vſtrinæ labe non maculabitur, vbi pilei aqua nimium incaleſcit; effuſa extrinſecus aqua calida, frigida ſuper infunditur, vt pileus frigeſcat ſemper, nam ex pilei rigore copioſior elicitur aqua.




Ahenum A,
Pileus B,
Turris ſtamnea C,
Roſtrum pilei D,
Canalis Turris E,
Epiſtomium F.

Tur-

Turris G.

Prope pileum catinus aqua frigida plenus maneat, vt effusa in alium catinum calida, recens frigida super inijciatur.



Quomodo oleum ab aqua separetur. Cap. II.



Quia hic vase oleum simul cum aqua exugitur, non parua nos tangit difficultas, vt separatorium quo aquam ab oleo segregemus, paremus; nos multa describimus, vt suo quisq; libito melius seligat. Aliqui infundibulum vitreum habent, intus aquam, & oleum effundunt, oleum supernatat, aqua fundum occupat, indice digito inferius os occupante, vbi quieuerint, amoto inferius digito, aquam effluere sinunt, vbi tota effluxerit aqua, & oleum propè digitum descenderit, relaxando digitus parumper osculum, aquam guttatim effluere sinũt, vbi aqua effluere desierit, relaxato digito, oleum in ampullam effluere permittunt.



Alij hoc modo segregant per Siphonẽ paruum intortum tantę altitudinis, vt intra vas positus, altera pars foris descendat, Siphonis crus

vnum imum va ſis petit in quo reſidet aqua, mox flatu



aquam ad ſe trahunt, illico aqua effluet, vbi aqua effluxerit, ad oleum deuentum eſt, vt oleum in Siphonis cruore extrinſeco erit, tunc digito oſculum comprimũt, vt oleum quieſcat, mox à vaſe amoto ſuper aliam ampullam, oleum effluere ſinunt.

Alij vaſculum parant, quod prope collum canalem angustum habeat, mox intus aquam, & oleum ingerunt, quouſq; ad canalis os perueniat oleum; nam ſemper aqua fundum, oleum ſumma petit, oleum è regione canalis peruentum inclinato parumper vaſe, per canalem effluet.



At nos hoc vaſe contenti erimus, quod ex tot, tãtiſq; optimum experti ſumus. Receptaculum ſurgentis aluei parant, quod in ventre canaliculum habeat ſatis anguſtum hoc vaporarij roſtro ſubijcimus, & vbi diſtillare deſierit, & oleum & aqua in eius alueo promiſcuè fuerit, impoſito oſculo vaſis indice, obuertimus vas, vt



oleum ſupra innatet, & aqua in imo ſupra canalem reſideat, tunc amoto digito, aquam per canalẽ effluere ſinamus paulatim, quo ad tota effluxerit, vbi oleum canali appropinquabit, roſtello indicem apponimus, vt per anguſtiſſimum oſculũ aqua guttatim

guttatim effluat, vbi verò solum oleum in rostello erit suppostia alia ampulla, amoto digitò, oleum effluere sinamus.

Odoratum oleum ex floribus Aurantij distillare. Cap. III.



Oc modo qui sequitur, parari consueuit. Capiantur Aurantij florum quadraginta circiter libræ, ac memorato iam vase indantur, quibus superfundantur quindecim aquæ fontanæ, & subiecto igne, vrgeto quantum vales cum memorata pilei infrigidatione, sic quatuor, aut quinq; horis tota distillabitur aqua. Supra aliquæ olei guttæ supernatabunt rubei coloris. Maxima diligentia, & arte separandæ sunt, fragrantissimi odoris, nec aqua à suo odore degenerabit, quam venalem exponunt. Prolectum oleum erit paucæ quantitatis, vt vix ex sexcentis libris, vna olei vncia excipiatur. Sunt etiam qui vitreo vrinali in aquæ balneo ex solis floribus oleum cum aqua eliciunt, aurei coloris, mirabilisq; odoris: sed quàm minimæ quantitatis. Si aquam quæ prius ex alijs floribus manauit, super alios flores irroraueris, mox distillabis ex aqua prætiosiori odoris, & olei maioris quãtitatis erit. Ex tot, & infinitis plenè vtilitatibus vidi melancoliæ febribus contagiosis, stomacho, & matricis doloribus præstantissimum esse pharmacum.

Odoratum oleum ex Citriorum floribus, & corticibus.
Cap. IIII.


Odem modo è floribus Citrij educitur oleum, & ex quadraginta florum libris, vix dragma elicietur. Differt ab eo, quod sit colore candidius, & odore infirmius.

Oleum odoratum ex corticibus Citrij.

CItrij cortices inciduntur vsque ad album medullæ, induntur vitreo vrinali cum fontana aqua, ad ignium cinerem, ex ducentis fructibus vncia elicitur preciosi olei, quod cum aqua promiscuè effluit, segregaturq; ab aqua. Plus ex acerbis quam ex nimium maturis excurrit. Si cum foraminulenta radicula, corticis ramenta fiant, parcius oleum colligitur, quia maior spirituum pars euanescit in auras, & odor difflatur. Sed si taleolis dimidiati ferè digiti dissectis, ac frustilla tim concisis vteris minor iactura spirituum fiet. Si prius aqua cortices macerentur, eademq; aqua distillaueris, plus reddet olei. Ex paruis limonibus, quos vulgò Calabresche vocamus numero quinquaginta, vix duas drachmas elicies aurei coloris, in vitreo vrinali cum aqua collocantur cum ignis violentia, quia combustionis labem non extimescimus. Vires eius. Si oleum cum vino hauseris, viperarum, Scorpionumq; medebe-

ris veneno linendo vulnera cum lino. Perunctę nares contra febres pestilentes, & pestem se muniunt. Gulam, pulsus manuum, pedumq; linendo contra melancholiam valet, roborat stomachum, & confert digestioni. oleum extractum ex primis fructuum rudimentis Aurantij ad lapides in vessica frangendos efficax. Ex sex fructuum libris vnciam olei clari, & odorati extraximus.


Odoratum oleum ex Rosarum floribus. Cap. V.



Mnium difficillimæ extractionis est Rosarum oleum, atq; in minima quantitate: sed suauissimi odoris, vt reserato vase, in quo oleum conditur, in Rosarij medio florentis commorare videaris. In supra memorato vase decem librę aquæ infundantur, atq; florum quadraginta, ac ingentis vi ignis maxima aquæ quantitas educitur cum oleo, quod delabitur in receptaculum, difficillimeq; quoq; colligitur. Stillatitia aqua in longissimi, & angusti colli phialam inditur, vsque donec infundendo, vt ad summum os perueniat. Insolari sinito pluscculis diebus: nam oleum solis calore ab aquis separatur, & plus aeris nactum, leuiusq; factum, sursum euolat, & in oleum abit; nam bulla statim in fundo orta altum petit, cuius rei ego spectator mirabundus super natans oleum pluma derasi, & collegi. Nos id casu animaduertimus, quod nunquàm

putaramus ex roſis oleum colligi, cum non pinguis eſſent ſubſtantiæ. Ex hoc experimento edocti alios modos in alijs tentauimus, voto ſucceſſit, & amicis indicauimus. Ex Roſarum decoctionibus ramenta, quæ à pharmacopolis reijciuntur denuò cum aquis diſtillata; & aquam odoratam, & ſupra aquam pingue quoddam odoratum in album oleum reduximus.

Oleum odoratum ex Myrti floribus. Cap. VI.



I triginta florum libræ Myrti in vaporario reponantur cum ſexaginta libris aquæ fontanæ vrgente vi ignis in pilei roſtro, labuntur in receptaculum trigintaquinque odoratæ aquæ libræ; atque per ſumma aquæ oleum ſupernatabit: ſed paruæ quantitatis odoratiſſimum. Et ſi ſuper extractam aquã tantumdem florum admiſeris, & aqua fragrantior, & mira olei quantitas recipietur. Ex teneris ramorum ſummitatibus Myrti aquam extraximus etiam odoratam, & oleum: ſed oleum nigri coloris prolicitur.

Oleum florum Caryophyllorum odoratum. Cap. VII.



On paruæ erit diligentiæ ſi paucitas odorati ſpiritus qui in ſublimitate frondium ſubſiſtunt, foueturq; ab impura ſui mole vindicabis. Ex tribus libris frondium Caryophyllorum cum pauca

aqua

aqua vrgente vi ignis; cum aqua oleũ eduximus rubicundum odoratissimum, simile illi quod extrahitur ab exteris Caryophyllis: Exit cum aqua lactea, argumentum quod sub ea oleum lateat: erit olei quantitas paucissima, vt vix duas oculi lachrymas æquet.

Oleum odoratum ex Iasmini floribus. *Cap. VIII.*

SI aquam, quam à vase vitreo testudine dicto vaporario ex domestico Iasimino prolexeris in vas angusti, longissimiq; colli indideris, mox ad insolãdum apposueris, quemadmodum in Rosis diximus, ascendent paulatim bullæ quæ in summo suæ aquæ in oleum abeunt. Supernatans colligitur purissima penna, recondiẽdum vitreo vasculo bene operculato. Vel si mauis, erit quædam vnctuositas preciosi, & fragrantissimi sui floris.

Oleum odoratum ex floribus Lauendulæ. *Cap. IX.*

HErba, & Flores fouentur in vino prius, vel aqua aliquantisper, mox distillantur. Sic quoquomodo distillaueris, prolapsum oleum, & aqua odoratissima erit, quippè odor in sua tota substantia mergitur. Aeneo in vase quod supra memorauimus merguntur flores Lauendulæ in magna aquæ fontanę quantitate, & subiectis candentibus prunis, foras oleum, & aquam extillabit violentissimi

lentissimi odoris. Extrahitur etiam è frondibus, & simul ex floribus, & frondibus olei color in nigro rufescens, è spica fragrantior excipitur, vt illud quod ex Gallia prouenit, vbi florum ingens copia.

Oleum odoratum ex Rorismarini floribus.

Cap. X.



T ex floribus, ità ex frondibus etiam Rorismarini præstantissimum elicitur oleũ. In mense igitur Maio, quando planta plus satis eo tempore floribus, & frondibus veluti quodam viscoso humore, & lentore scatet; carpuntur flores, & summitatis ramulorum florentium, qui æneo vase repositi, effusa vbertim aqua, subijciantur ardentissimæ prunæ, videbitur illicò è rostro lapsum in receptaculum oleũ coloris aurei, & ex solis frondibus viridis obscuri. Oleum quod supra innatat, colligitur ex siccis frondibus minus olei: sed plus coloris. Contrarium ex viridibus. Pręter innumerabiles Rorismarini virtutes, quibus scatent Medicorum libri, validissimum experti sumus ad stomachum confirmandum, ad omnes neruorum infirmitates tensos liniendo. Roborat caput, epilepticos iuuat in vino haustum. Ad fugandos descensus, ad vocem deperditam ex frigida causa.

Oleum

Oleum odoratum ex Absinthij floribus.
Cap. XI.




EX Absinthij floribus oleum exugitur validissimum contra quam cæteri cærulei coloris. Colliguntur igitur floridæ comæ Absinthij in ramulorum cuspidibus virentes, quæ in æneo vase cum aquis merguntur, suppositisq; ignibus manat copiosa aqua cum oleo cæruleo validissimo, odorato, & amaro. Ex herba sicca oleum non exit adeò viscosum: sed minori copia. Est & aliud genus syluestris vbiq; fruticans in ruderibus Puteolanis, & maritimis, vulgatius, amarius, & odoratius, floribus racematim congestis. Ex hoc cõmendatius oleum aromaticum non coloris tàm cærulei, & maiori florum copia. Si obscurum oleum denuò cum aqua distilletur, clarius euadit, & hoc denuò distillatum transparentius profectò: sed suum retinet colorem: nam semper ad cçruleum tendit. Vires innumeræ: Sed nos his tantum contenti erimus. Mirificè stomachum roborat foris illinendo. Si puerorum alui eo linantur vermes interficiẽdo, ex imo eijcit. Conducit corporis fluxui. tollit obstructiones, obstat venenis.

Odora-

Odoratum oleum ex Maro. *Cap. XII.*


Ruticat apud nos herbula quædam vulgaris notitiæ, quam Sampſuchum Marum, vel Amaracum vocant, puto noſtratem Maioranam eſſe, vegeti, & fragrantiſſimi odoris, cuius ſpicatæ ſummitates, & floridæ carpuntur, & vaſis iam dictis induntur, nec inſolenti more exploditur aqua, & oleum coloris aurei, & ſi nares conſulantur, cæteris odoratius. Præſtantiſſimi eſt vſus ad cerebrum, quaſi à Deo ad hūc ſolum vſum creatum, roborat memoriam; capitis doloribus prodeſt. oleum aqua immixtum, & agitatum, naſo abſumptum ad ſtillicidia iuuat; ſtomachum reſtaurat.

Odoratum oleum Menthæ, & Calaminthæ. *Cap. XIII.*


Rato menſas odore percurrit Mentha in acetarijs, & dapibus noſtris, ob id ad medicamenta eius oleum accerſitur, vnde maximo ſpirituum oblectamento è Menta exugitur oleum. Colliguntur è cauliculorum faſtigijs tenues ſpicati purpurei flores in ſiccis locis enati, nam pinguibus, & riguis hebeſcit odor. Compoſiti in ſupraenarrato vaſe, eodemq; modo diſtillati, è viridi herba, oleum viride nigrans exugitur, ſine flore,

vel ſemine parum, aut ferè nihil excipies. Ex trecentis frondiūm libris ferè . vncia labitur: Eodem modo ex calamentho(quaſi pulchra Mentha) oleum elicitur coloris auri vegetius,& præſtantioribus viribus, vt natura eſt feris herbis, cum Mentha ſatiua ſit. Olei munus eſt illitum lac coire non poſſe,roborat ſtomachum; contra ſerpentum venena valet,fronti illitum,ſi capitis dolorem non tollit; ferè mulcet.

Odoratum oleum è Pulegio. *Cap. XIIII.*



Olliguntur verticellati floridiq́; vertices Pulegij tempore ſuo, tempore, quo floribus, & ſeminibus ditiſſimi. Poſſunt etiam in ſolſtitijs diſtillari, quia eo tempore etiam florent: nam à parente etiam reuulſum,& penſile,& in carnarijs ipſis brumali tempore refloret. Flores & ramuli æneo vaſe induntur, ac ſolito more oleum exugitur lutei coloris ex ſiueſcentibus. Oleum aqua remixtum,ac naribus hauſtum prodeſt cerebri diſtillationibus, roborat ſtomachū. Vuluæ doloribus prodeſt,ac prouocat menſtrua;Serpentum venena hebetat;gargarizatum prodeſt ſchirantię, valet ad tentos neruos,& fętidos, oris halitus emendat, reuocat eos qui animo deficiunt.

Odoratum Origani oleum. Cap XV.




Acumina prętēuium cauliculorum origani colliguntur cum ſuis ſpicatis thyrſulis, ſemine,& floribus confertis, ſimul etiam cum frondibus, nam immortali viret coma. Eliguntur è locis ſoli conditione lætis: nam ibi lætius fruticant: hæc vaſe æneo induntur, & vrgenti igne ſuppoſito, elicitur oleum aurei coloris iucundi: ſed violenti odoris; Serpentum venenis vino potum aduerſatur, linitum febrili malignitati obſtat.

Odoratum oleum è Saluia. Cap. XVI.



Via idem modus, eademq; operatio, ideò repetita doctrina non eget. Colliguntur faſciculi floridi purpurei Saluię ex locis aſperis, & ſiccis, cum ſuis ſeminibus, reijciuntur folia ſcabra, ſqualida, retorrida ſemper, & exucca; nam ſi ſpicæ floridæ, ſeminoſæq; non fuerint, vix puſillum, vel nullum dabunt oleum; ſi pluſculum quæris cum madidis linteis alternatim poſitis, & depoſitis à graſſantis vi caloris ignis defendantur. Cuius vis ad muliebres locos ad ſtomachum roborandum, & contra animalium venena.

Odoratum oleum Chamameli. *Cap. XVII.*


X Chamæmelo, quæ in macro solo nascitur, colliguntur flores in summis cauliculis aurei bullati, suaueolentes, quando florere incipit, nam à summo contra cæterorum morem florem auspicatur. Ex centum florum libris non nisi olei binę drachmæ manant viridi coloris. Bibitur contra Serpentum ictus & calculos. Linitum febricitantes sanat, si mox operimentis integatur, vt sudor euocetur.

Odoratum oleum Artemisiæ. *Cap. XVIII.*


Chamęmeli floribus non variat, nisi odoris disparilitate; ob id ramuli decerpuntur, qui fastigentur auri colore bullis, ex trecentis libris vix vna excipitur olei vncia. Ex viridi plus olei: sed minus colorati, è sicca minus olei plus coloris nempè aurei. Muliebribus malis medetur; ob id parthenia prius vocata; partus enectus extrahit, menses & secundas cit, calculos deturbat.

Oleum Rutæ odoratum. Cap. XIX.


X locis apricis, & siccaneis decerpuntur ex rutaceis fructibus flores lutei cum suis capitulatis siliquis, grauissimi odoris, & saporis æstate hiantibus. Syluestris longè acrior. Induntur vasi, &

feruidis fornaculæ ignibus imposito cum aqua, oleum, & aqua iugi confluuio, irrequietoq; stillat, grauem vibrans odorem: Ex quinquaginta libris vix duæ drachmæ eliciuntur coloris viridis. Auribus in surditate infunditur. Contra morsus venenosorum animalium efficax; visus aciem exacuit.

Fœniculi odoratum oleum. Cap. XIX.



EX locis apricis, & modicè saxosis vulgaris Fœniculi. Si quis primas ramulorum germinationis legerit cum suis spicis, & sublateis floribus, indideritq; iam sæpius memorato vasi ad ignem, oleum eliciet odoratissimum, & viride. Cuius vsus ventris tormina mitigat ex flatu orta; ad excitandam oculorum aciem paratur. Contra Serpentum ictus bibitur. Stomachum sedat. Sed si rotunda muscharia in orbem radiatim circinata suo semine onerata in aquis biduo madescant, indè vi ignis oleum exugitur, & coloris aurei iucundissimi odoris. Ex tribus libris ferè vncia exugitur: sed intra annum amarescit. Ex syluestri verò odoratius, & medicatius elicitur: sed à domestico dulcedine desciscit; nam gustu est acriore. Sed à Germano amico edoctum experimentum non reticebo ad extrahendum à fœniculo gummi quoddam ad valetudinem tuendam nequaquam spernendo. Fœniculi caules in summo vigore, ac medio pullulatu existentis in

talcolas

taleolas palmares dissecti in vitreum tubum, vel argillaceum vitro sublitum palmaris latitudinis, & sesquiduorum longitudinis immittuntur, donec tota cauitas expleatur; cuius fundus semirotundus, & foraminulentus hic in fundibulis inseratur, vt fundū complexu suo æqualiter infundat, & superna parte optimè obturata infundibili rostrum per ferream patellam traijciatur, cuius imum os in receptorium vitreum, immittitur supra patellam ignis vndequaq; excitatur: sed à tubo palmari longitudine distet. Tubo igitur incalescente ex Fœniculi segmentis guttulæ quædam exudant, & ignem vrgentem fugientes per humidum foraminulentum in infundibulum, & ex eo in receptorium collectæ gummi præstant qualitate fœniculi æmula.

Ex Anisis odoratum oleum. *Cap. XXI.*



Olliguntur muscarij Anisorum semina, & prius aquis macerata in vase ducto proijcitur aqua & oleum suauissimi odoris, & saporis ex tribus Anisorum libris exugitur vncia vna olei, hieme gelascit: sed minimo calore liquescit. Si vis ne id contingat; distilletur denūo cum aqua vitæ. Oleum erit coloris albidi. In annum amarescit. Eligitur semen recens & vegetum. Commanducatum oris halitum suauiorem facit. Præcipuum ad ructus, ideò inflationibus stomachi, & intestinorum torminibus medetur. Stomachum roborat. Contra anima-

lium

lium aculeatos ictus bibitur. Epilepsiam & vertigines discutit.

Corianni oleum. *Cap.* *XXII.*

EX multo Corianni semine pauca eligitur olei quantitas, vt ex tribus libris vix vna drachma extorqueatur coloris aurei, & difficillime distillatur, Valet capitis doloribus.

Ex Lauro oleum. *Cap.* *XXIII.*

LEguntur Lauri fructus Ianuario mense, vase, & more solito distillatur, ex sex baccarum libris vncia exugitur vna nigri coloris: sed vehementissimi odoris, & saporis. Exugitur quoq; oleum vrinali vitreo cum cineribus, Valet ad dolores artriticos, & ad tentos neruos. Serpentum venenis resistit.

Ex Cupressi fructu oleum. *Cap.* *XXIIII.*

EX Cupresso mare (nam fœmina sterilis est) non galbuli qui nascuntur: sed in his intus dedit primigenia per quam minima Natura. Nam his dehiscentibus semen decidit prætenue, & exile, neq; facile colliguntur, præterquàm à peritis, nam difflantur, & euolant. Ex se-

ſexaginta libris exugitur olei vncia viridis coloris, & odorati. fructus colliguntur Februario Menſe. Vis maximæ conſtringentiæ.

Odoratum oleum ex radicibus Angelicæ.
Cap. XXV.

EX duabus libris radicis Angelicæ in vaſe vitreo retorto ad cineres cum aqua, aut vrinali vitreo prodit dragma vna olei.

Quomodo olea præſtantiora, & validiora fiant.
Cap. XXVI.



Leum præſtantius, & validius eueniet, ſi poſt diſtillatum, aquam cum oleo exuctã ſuper alia recentiora ſemina effundãtur, & mox diſtilletur, & aqua etiam, & oleũ diſtillata ſuper alia ſemina ſuperfundatur, & tertio aquæ, & oleum denuò diſtillatum ſuper alia ſemina diffundatur, & poſtremum validius, & præſtantius erit. Exempli gratia. Capiantur ſex libræ Aniſorum cum ſua aqua, vt diximus, & diſtillentur. Mox oleum, & aqua ſuper alios ſeminum ſex libras; denuò affundantur, & ſimul diſtillentur; & tertiò idem fiat. Poſtremum oleum exuctum miræ erit potentiæ, & operationis.

IO. BAPT. PORTAE NEAPOLITANI

Diſtillationum,

LIBER QVARTVS.

De diſtillatione oleorum exoticarum plantarum.



PROOEMIVM,

Diximus de olei florum, herbarum, ſeminumq; noſtratium, reliquum eſt de oleis extrahendis exoticarum plantarum; ſcilicet Cinnamomi, Piperis, & aliorum, quæ ex diſsitis Indiæ locis meridiei, & orientis nobis aduehuntur.

De

De oleo Cinnamomeo odorato. Cap. I.



INcipiemus à decantato illo oleo Cinnamomeo, quod inter exoticas plãtas principem sibi vindicat locum: nam vehementissimo odore totas ædes, in quibus repositum est, replet, & si odore, mirificisq; dotibus, cum plerisq; conueniat, id sibi tamen vendicat singulare, quod etiam in delicijs principum habeatur, & in esculentorum condimentis. Ex maxima Cinnamomi quantitate, primum quod animaduertendum est, seligantur cortices illi qui gustu vim acrem mordacemq; sibi asciscunt; nam qui insipidi, & gustu fatui, aut nullum, aut ineptum oleum exudabunt. Cortices grossè contundi debent, ac biduo prius in aqua macerari, mox æneo vasi indi cum decenti aquæ quantitate, subiecto quantum vis igne aqua cum vapore è corticum venis expresso in oleum versus per canalem in receptaculum regurgitabit, & vapores simul in receptaculum ingressi, in oleum & aquam soluuntur. olei color aureus rufescens. Spiritus ille à molis suæ contagio exutus, in oleum abit pręstantissimi, tenacisq; odoris, vt distillando cęnacula grato odore repleat. Nec in hac arte nobilius exigitur. Ex Cinnamomi libra egregiam operam nauando, sæpius drachmam extraximus; Possumus etiam vitreo vrinali cum decenti aquæ quantitate

per arenam elicere oleum. In distillatione lactea aqua irrorat primo, quam bibendo os, & fauces incendit, argumentum in ea esse olei quantitatem: nam oleum in aquam agitatum, cum videri oleum desijt, lactescit aqua, vnde soli exposita, abit lac in exiles olei guttas, & videbitur oleum sub aquis fluitare. Et quia Cinnamomi spiritus calidi sunt, & tenues, illico in altipetos vapores vertuntur, & primum in oleum abeunt, & tunc imum aqua petit, & si alia sint immersibilia. Olei maximus ad omnia vsus. Quæ nouimus dicamus. Stomachum, & caput roborat, ac viuificum calorem auget. Memoriæ, cordi, & animo prodest. Labantes euanidosq; vitales spiritus toto in corpore restaurat, eumq; vegetiorem reddit. Contra venena, & virulentos ictus demulcitricem, & domitricem vim habet.

Oleum exoticorum Caryophyllorum. Cap. II.

Vocamus Caryophyllos flores, qui nobis ex India aduehuntur, ex atro rufescentes, capitati exertim in aduersus quatuor denticulis se se stellatim decursantibus, odorati, gustu acres, subamari, quorum maximus apud nos vsus, non ad obsonia modo: sed ad multa quoque medicamenta. Caryophylli non exacti us tundantur: sed plenius indantur vase æneo cum aqua, ac violento igne exugitur oleum coloris rubri: sed leuis aurei coloris. Ex florum libra vnciam olei exu-

ges; Sed si integri in vase reponantur, post olei exustionem surgentes humiditate inueniuntur, si ita sacchаro condiantur, miri saporis eueniunt, ac stomachum mirum in modum iuuant. Si ex siccari sinas, denuo reuendi possunt, nec fraus detegitur, nisi gustu experimentum sumatur, nam languentis saporis sunt stomachum, caput, & cor roborant. Delet febrium contagia. Dentium doloribus instillando guttam, tollit illico dolorem ex causa frigida. Prodest memoriæ, & mulierum locis haustum in vino stomachi nauseam sedat. Tollit sincopem, & capitis doloribus ex frigido pertis: si commissuræ linantur, medetur.

Oleum nucis Myristicæ. Cap. III.



Moschocaryon Græcis, nobis ea imitatione nux moschata dicitur, & myripsica quasi vnguentaria nux: nam iucundissimum spirant odorem, vt cum Cinnamomo de odoris suauitate certet. Eligantur recentes, & ea recens est quæ nullam senserit cariem, ponderosa, præpinguis, vt si pungantur aculeo, confestim è vulnusculo illo, oleagineus manet humor, damnatur leuis exucta nigricans. In olei extractione nulla ab alijs disparilitate variat, nisi ignem plus, vel minus adhibendo: contunduntur minus curiose, inde aquis macerandas finito per noctem, & diem soli vedendas, mox igni traduntur, cuius vis maxima, ex sex libris vix

vncia vna liquidi olei elicitur, reliquū in vasis collo sublimatum; in vnguinis formam reperies. Quod si aquæ remisces, ac denuò distillabis, aliquam olei quantitatem etiam elicies. At si sub dio aquis pluuijs, & sereno cœlo reliqueris per mensem, vel duos, & mox distillabis, ex singulis libris singulam vnciam exuges. Vsus ad ceruicis linitiones, contra capitis descensus, & iuncturarum dolores.

Oleum Cardamomi. Cap. IIII.



Grana sunt quędam apud seplasias, quæ vulgo grana paradisi dicuntur. Græci Cardamomum vocant, quod amomo non sit dissimile. Eligatur graue terenti pertinax, farctum, odore nares feriens, gustu acri, subamaro, mordax; quod gustatu linguam adeò vellicet, vt os totum igneo feruore deflagrare videatur, tanta ei est comburendi licentia, si tale non fuerit, intelligito exoletum. Induntur grana vrinali vitreo cum aqua ad cineres ex tribus libris vix drachmam olei proleximus, oleum stomachum imbecille roborat, fert eis auxilium, quos deliquerit animus. Culinis etiam per condimenta creber inualuit; nam gratam palato acrimoniam exhibet. Auxiliatur comitialibus. Distentos spiritu discutit.

Oleum Piperis. Cap. X.



Dferuntur ad nos ex India à piperiferis arboribus grana rotunda, vulgo, Pepe dicta. Eligitur non omnino nigrum, & corrugatum: nam grana quæ legitimam maturitatem senserint, ex solibus torrefacta, rugis deturpantur, reijciuntur pertusa, & quæ cariem senserint: sed densa, & farcta: Sentit enim Piper carbunculationem, cœli iniuriam, (vt aliqui tradunt) sic vt grana cassa, & inania exhibeat. Nec linguam vellicant. Sunt qui Iuniperi granis adulterent. Alij granis Virgæ sanguinariæ, cum nacta fuerint à sole retorridam rugosamq; maturitatē, postquàm cum siliquastris feruidis aquis ebullierint, quæ apud nos sæpè sæpius Piperis vicem præstāt: nam tàm ęmula facie Piper imitantur, & rugas, vt nisi gustus consulatur, nullo insigni discerniculo notentur. Sed præstans signum electionis, vt linguam, & palatum consulas, nam ea vehementer vellicant, calefaciunt, & exurunt, cum sapore quodam amariusculo. Si integrum ponatur in vase æneō cum aqua, & maxima vi ignis vrgente, oleum exugitur, vt ex tribus libris vix sesquidrachma eliciatur. Sed Piper adeò integrum, & incorruptum remanet, vt pharmacopolas fallat, vt denuo pro integris vendantur. Si contundantur, & macerentur pluscul is diebus, plus olei dabit. Serpentum ictibus maximè auxiliatur. Tormina ventris discutit, appetentiam inuitat, ac cibi auiditatem molitur.

Oleum

Oleum ex nuce Indica. Cap. VI.

EX India nobis adfertur nux Græcis caryon Indicum dicta, prægrandis globus, circinatæ rotunditatis, multis inuolucris intecta, nucleo intus molli, candido, carnoso: Medullæ libra in supra memorato vase imposita; vt ignis spiritus emissi in humorem soluuntur, ex sesquiuncia elicitur. Vase vitreo obtorto, ac probe superlutato, vel in cupellam arenariam imposito cum sua aqua leui igne distillata. Oleum est aurei coloris rufescentis.



IO. BAPT. PORTAE NEAPOLITANI Distillationum, LIBER QVINTVS.

De resinis distillandis.

PROOEMIVM.

Sunt, & sudoriferæ plantæ, quæ sudoris vice ex se vel sauciatæ gummi, & resinas fundant, quę viscosæ tenacitatis, & consistentiæ sunt, vt cũ ignis feruorem experiãtur, in ampullosas excrescentias tumeant, & per collum distillatorij in inferiorem ampullam integræ defluãt, Nos vt ab ignauis partibus tenues segregentur, & in oleum abeant, vt ad medicamenta, vel odoramenta vberiores virtutes adipiscantur, nouo vase, nouo modo, ac nouo, & industrio artifice opus esse existimauimus, vt accuratiorem curam, & diligentiam, quàm in alijs efflagitatur, impendat. Vt rem igitur exordiamur.

Forna-

Fornacula, & vas quibus Resinarum oleum eliciamus.
Cap. I.



Abeto vas vitreum non laxioris vteri: sed mediæ capacitatis, recto collo, quo sine ascensu, & labore vapor rectè fluat. hoc vas quia instar instrumenti musici leutum, vel testudinem efformatum est, testudinem vocamus, vel si mauis, obtorto vitreo vase vti poteris. hoc luto obducatur, quod ex tomento, equino fimo, & liquida argilla per mixtum sit, à ferreo bacillo optimè subacto vix cultri crassitudinem æquet. Post igni vel eius vice, soli credendum, vt exiccetur, mox denuo luto loricetur, sicceturq; vsq; donec pollicis crassitudinem transuersum æquet, ne cum ignẽ senserit, in rimas fatiscat. Collum inferioris ampullę os traijciatur, ne qua parte inter se committantur lino-xylino oui albugine, triticea farina, & viua calce illinantur, occludanturq;, ne tenues vapores expirent. Demum resina repleatur, vt duas aluei partes occupet. Fornax superioribus assimilis, nisi quod summa tantum testudo foramine aperta sit, capacis vteri vasis intromittendi in quo adamussim sedeat, vt vasis imum cum fornacis planitie coequetur. Imposito vase, superponantur candentes prunæ, vt vbi calefieri cęperit, & prius aquæ post olei effluuium cęperit, acriori igne vrgetur,

getur, & infra languidior ignis subditur, nam vbi resina in ampullas extumuerit ad summum se erigens, & per vasis collum effluere tentans superiori calore repercussa, & reuerberata deprimitur, & commeabit retro, & sedabitur bullientis resinæ vapor, & hoc artificio per collum vasis defluens, inferior ampulla distillantes olei guttas recipiet absq; super excrescentis timore, & combustione.

Mastiches oleum quomodo extrahatur. Cap. II.



Estiuis temporibus Lentiscus Mastichen sudat, quæ solis officio durata, gummi modo coit, peculiariq; vocabulo Mastiche vocatur. Hallucinantur autem qui ex ea oleum elici posse putãt, eo modo quo aliæ resinæ solitę sint: sed mõdo quē superius diximus. Obducatur vitreum vas, quod vernaculo vocabulo leutum vocamus, luto, mox in illud Mastiche inijciatur, vt duas aluei tertias repleat, ac supra fornacis tęstudinem collocetur. Supra cinis sternatur, vt coęquetur planities: Vasis rostro vitrea ampulla subijciatur ingentis vteri, quæ stillantes guttas recipiat. Supra incendantur prunæ, paulisper donec exhalãtes partes per vasis collum in inferiorem ampullam stillare incipiant, tunc vrgeto ignem, vt Mastices intumescentes bullæ vasis supremam partem attingentes, ex calore regurgitentur, castigentur, coganturq; infra guttæ in sudorem solutæ per canalem defluentes in

N oleum

oleum abire: Nec inane opus efficiet, qui spongia aquæ frigida madefacta, sæpius receptaculum detergat superius, vt suo rigore in oleum abire cogat. Cum subiecta ampulla rubescit, & aqua olei speciem repræsentabit, ignem infra accendes sine resinæ tumefactiones vbi oleum nigrum colorem contraxisse vides, tunc amoue ignem; ne vstrinam olat, nam rei combustionis argumentum est, ac frigefacta fornace, submouetur vas liquorem continens, & natantes guttæ argenteo cocleari, vel alio quouis modo recipiantur, aureo colore renidentes, odorataq; foris stomacho linendæ stomacho roborando, confirmandoq;.

Oleum Carabis quomodo extrahatur. *Cap. III.*



As Leutum vocatum luto obducito eo modo, qualem supra exposui, ac Carabe incuriose contuso replebis. Mox fornaci imponere conuenit, incendaturq; circularis ignis, qui per semipedem à vase distet, vt paulatim calefieri condiscat, paulatim approximando, dum supra vas supra modum incalescat, & in hac re summa opera, summaq; ponenda est cura, ne turgescens Carabe, in receptaculum labatur. Sic sex horarū spatio prodibit odoratum, & aurei coloris oleum. Sed inter diu per aliquot dies soli credendum: Sed à viris solertioribus alia distillandi ratio inuenta est minus operosa, minus sumptuosa, & minus incuria ali-

qua

qua si erratum sit, damnosa. Indatur carabes vitreo vase obtorto benè foris luto munito, ac subiecto igne, totum foràs emanabit: sed odoris fęditate non cariturum. Tunc si odoris tędium abolebis. In vitreum vrinale copiosa aqua affusa redistilletur, & coloris prodibit aurei, & minus tędiosum, & iterum obtorto vase repetitum; vstionis virus magis euanescit. Ex libra vna duæ vnciæ euenient, cuius vires ad epilepsiam proficuæ, nares ac pulsus linendo, & ad cicatrices corpori concolores corpori reddendas.


Oleum Belzoini. *Cap.* IIII.



EX Belzoino vocato præstantissimum etiam oleum elicitur, siue resina, siue succus sit, qui æstiuis diebus, scarificato trūco, è vulnere pinguis exudat, ac sole arefactus, gummi modo adolescit, inter omnes olfactu blandissimus. Contusus vasi inditur iam dicto, ac super incenso igne, sine virus redolentia, vegetissimi odoris oleum exibit cum sua aqua, & per se iucundissimum, & ad vnguentorum vsum alijs odoribus admiscendo. Possumus etiam æneo vase iam recensito cum aqua contusum immittere, ac ex more distillatum oleum dabit virosum redolens, & ex singulis libris singulæ veniunt vnciæ. Si vitreo retorto vase distillabis obducto luto cum ignis violentia, & nigrescentis coloris, nec sine vstillaginis nota deterius, præstan-

tissimum verò si quis aquis immersum denuo distillabit, & aurei coloris exibit, nec vstillaginem recipiet; vel contusum in vrinali coiectum, & aquis demersum, in arena languida vi ignis ad vasis collum ascendens, translucidum excipitur, & cum aquis denuo ad balneum distilletur, & oleum manabit præstantissimum; Caput roborat, & ad frigidos valet neruorum dolores.

Styracis oleum odoratum. Cap. V.



X Styrace arbore in odoriferis syluis frequentissima manat resinosa lachrima, flauentis, vel rubescentis coloris, gratissimi, & pertinacis coloris. Cuius duo genera ex eodem arbore sicca, & liquida. Dicemus de sicca. Styrax in offas digeretur immittendas in vas iam superius dictum. Super inijciuntur prunæ, vt calefiat, & oleum manabit fragrantissimi odoris. Ex singulis libris singulæ vnciæ excipiuntur. Inijcitur etiam in vas æneum cum aqua, eodem modo etiam oleum exugitur ad vnguenta, sine nidorositatis fœditate dubio. Sunt qui obtorto vase eandem operam peragant: sed infra ignē minus luculentū ardere oportet, & minister eum magna arte moderetur, ne vstillaginem resipiat, & si nigrum fluet oleum, rursum in aqua distilletur, & aurei coloris, & iucundi odoris prodibit. Liquidum Styrax grauissimi, & violentissimi odoris, vt non sine molestia caput tentet; quia viscosæ lentitiæ tenax, &

cum ignem senserit, infra in bullas extumebit, per vasis leuti collū infundatur liquor, mox detergatur quàm diligentissimè fistula colli, ne defluentes per eam guttę vitium contrahant, eiusq; nidore defœdentur, mox ignis superaccendatur, non infra, quia illico extumescens per vasis collum regrederetur, ne ab ignis violentia superioris deprimeretur. Tunc ex eo oleum manabit odoratissimum alijs vnguentis admiscendum.

Oleum ex Balsamo occidentali. *Cap. VI.*


Affertur ad nos ex Hispanijs liquor quidam concretus albus exigui, sed iucundissimi odoris, qui cum virtutes omnes Orientalis Balsami expleat, occidentale Balsamū appellatur. Magni apud nos prętij. In frustra diuisum, traiectumq; per fistulam vasis in alueū, supra ignis accendatur, ac more solito non intumescēs, euaporabit, quod vbi cœperit vapores educere, & ex se humidum exonerare, ignis ne deficiat, ne fluorem intercipiat, quod si vstillaginis labe aliqua pollueretur, & nigri coloris, aqua perfusum, & immersum redistilletur, & suauius, & coloratius exibit, ex libra vna vncia exugitur olei. Mirę sunt eius virtutes ad epilepsiam, si sub lingua habeatur, vel lineatur palatus, & ad vulnera conglutinanda.

Oleum odoratum Thuris: Cap. VII.



X Thuriferæ Arabiæ regione nobis Thus adfertur laxato enim sui arboris pregnāti cortice plaga, sub feruentissimis canis æstibus manat Thus, quo vtimur in suffetibus. Eligitur crassum, pingue, recēs, odoratum, vt vberrimum oleum reddat. Repletur Thure vas, contuso applicatoq; supra fornacis testudinem, vbi caua in medio pertusa est, ac superposito vehementi igne, infra languido substrato, expuit in receptaculū oleum, quod suauem eructat odorem: sed plus tibi feceris satis, si spongiam præ manibus habens, receptaculum forinsecus aqua refrigeres, ita enim oleosi spiritus, qui per receptaculi alueum se agglomerant, in se ipsos reciprocantes, eorum feruore refrigerato, castigatoq;, in oleum sese cogunt, suaui odore fragrantes: Vel indito Thus in vas, & tribus libris Thuris adijcito aquæ singularem in obtorto vase luto loricato; accenso igne supra, & infra, & ea quæ ante diximus facito, sic olei vna, vel duæ unciæ prodibunt cum aqua aurei coloris, quod odoratum halitum reddit.

Opo-

Opopanacis oleum. Cap. VIII.



Efluit Opopanax ſuccus è laxato meſſibus caule ferulaceo, vel inciſa radice, dum recens erumpit caulis. Eligitur leuis, pinguis, friabilis, tener, odore graui: ob id ad medicamenta oleum expetitur, nam odoratum halitum non reddit. Contractum inditur in dictum ſæpius vas optimè luto munitum, ac fornaculæ committitur ad incaleſcendum. Sex horis ſupra leniter ignis ferueat, dum aquam euomat. Mox infra accenditur, & oleum ſcaturiet: ſegregatur ab aqua. Ex libra vna ſex drachmæ ſatis ſunt. Si denuo in vas impones, aqua affuſa, quæ non minus dodrante ſuper emineat, accendaturq; ignis infra, vſq; eo dum oleum, & aqua manabit, parem operâ impendendo, & limpidius, & liquidius oleum tibi parabis.

Oleum Hammoniaci. Cap. IX.




N Cyrenaica Africæ regione ſtillat lachrima in arenis, vndè Græcis nomen Hammoniacum, Reſinę modo, vel gummiè ferulaceo frutice. Eligendum pingue, & Reſinoſum, vt ex eo oleum medicamentis educamus. Dilingitur vas luto, mox vbi ſole occaluerit, refertur Reſina, & igni creditur coquendum,

dum, vt oleum expuat. Alij aceto solutum obtorto vase absorbendum curant, & eandem operam impendunt, & rubei coloris prodibit.

Oleum ex Terebinthina Resina. Cap. X.


Primam, tenuissimamq; Resinam in oriente Terebinthi fundunt, & quàm cæteris odoratiorem, quæ non nisi è vulneribus manat ex omnibus Resinis ei principatus datur. Eligitur alba, perlucida, colore vitri, odorata, & Terebinthi plus referens. Calefacta surgit in bullas, sufflaturq;, ob id solito vase, & more distillatur. Possumus, & retorto vase, arenis immersum: sed ignis plusquàm leuis fiat, vas & receptaculum ex more refrigerando. Sic flauescente oleum pro singulis libris vncias octo exuges: nam ferè totum in oleũ abit. In medendo contrahit vulnera: purgat, discutit, delingitur membrorum doloribus, & ad gracilitatem corporis emendandam; si ipsum in sole linatur non absq; mangonum vtilitate.

Oleum Picis. Cap. X I.


Ix ex pinu recipitur, cum æstate vulneratur, sudore deffluit ex Pinu inueterata anno proximo ab incisu. Antiquitus ante distillationis artem hoc modo exugebatur, auctore Dioscoride. Dum

Pix

Pix coquitur in æneis catinis, extenſa ſupra prius arundinea tegete, ac lana ſupra tenſa, è ſublato vapore oleũ elicitur. A tumente Pice, dum coquitur, attolluntur bullæ in orbis ambitu alijs rumpentibus, alijs ſubnaſcentibus, ſupra modum extuberant; ideò more ſolito diſtillatur. Optimæ notæ erit, quæ purior, leuior, odoratior, nitidior. Exugitur etiam retorto vaſe vitreo leui igne ab initio, mox ſubiectis flagrantibus igni carbonibus, maximam olei quantitatem excipies: nam ex libra octo vnciæ colliguntur.

Oleum ex Cera. *Cap. XII.*



Ligitur Cera colore fulua, ſubpinguis, odorata, pura, & mollis referens mellis halitum, quæ in pręarido lenteſcat, ſubigi facilis, mittatq; fila cum trahitur Maſtichis modo, & recens non inueterata. Fiant paſtilli Cerei, traijciantur per collum vaſis in alueum, ne collum maculent, accendatur ignis ſupra collum, vt ſuperius admonuimus, & leui igne in initio, in fine aucto, & oleum exuges flauum. Ex libra octo vnciæ prodibunt. Si gelaſcit frigidis diebus reiteretur diſtillatio, aqua oleum tegente, vt liquidius proueniat, & quanto pluries, tanto liquidius. Eſt & alia conficiendi ratio. In fictili olla liqueſcat, adijciaturq; ſarmentorũ cinis, tribus Ceræ partibus duas cineris adieciſſe ſatis erit. Inditur retorto vitreo vaſe, & ſuperpo-

nitur igni in principio leui, mox cum halitus prosperasse vides ad vasis collum, madefacto frigida aqua linteo, cooperies. Sic extenuatum, excoctumq;, superioris frigoris beneficio, per canalem in vas deuoluitur. Si nigrum, & turbidum redistillandum. Sunt non paucæ olei dotes, quas cognoscere volentibus ad medicorum libros, eos delego, vbi de Cera agitur. Oleum millecuplatam suæ Cerę vim refert. Sed præclaram habet virtutem ad cicatrices concolores corpori reddendas. Mulcendis neruorum doloribus, qui eis male torquentur.

Oleum Caphuræ. Cap. XIII.



Ncia Caphuræ molita in aqua forti dissoluatur, & supra aquam manabit oleum excellentissimum. Colligitur penna. Valet contra cancros, & vlcera malefica ad plagas reddendum, vel admiscetur cum oleo vulgari, taliterq; vnitur. vt non vulgare oleum: sed caphuræ oleũ videatur. Vel Caphura minutatim concidatur, concisam in forti aqua, & ex halinitro, & chalcantho distillata, & clarificata in ampullam immittitur, & tripodi imposita, calido loco per diei medietatem statuo. Hoc modo liquata Caphura, vbi clara, & lympida supernatat, eandemq; ab aqua forti separatam per retortam distillo, ex qua distillabit oleum omnium pulcherrimũ, & iucundissimum. Partium est omnium tenuium, & natura spiritali præditum.

IO. BAPT. PORTAE NEAPOLITANI

Distillationum.

LIBER SEXTVS.

De oleo ex lignis extrahendo.

PROOEMIVM.

Dum adhuc distillandi ars rudis esset, ex lignis oleum exugentes illud in ollis, alijsq; vasis comburebant, quę quia nidorosi halitus vstrinam expuebant, vel potius artis rudimenta, nec poterant sua ariditate ore absorberi, & putore: extrinsecus corpori linendo suas vires experiebantur. At nunc multiplicatis inuentoribus, ars ad summum peruenit, vt sine nidoris offensa, & ore absorberi, & corpori adliniri posśint: Sed ne quid defecisse videamur, maiorum adscita explicare non tędebit, dum ex oleosis lignis oleum extrudere conati sunt.

Vasa, & modi distillandi oleum ex lignis.
Cap I.



Xtruatur Fornacula ex coctis lateribus in rotundam, vel quadrangulã formam, trium pedum altitudinis, duorum latitudinis, in cuius superiori tholo planities in conchæ modum efformetur, vt velut lacus subsideat, in cuius medio foramen relaxetur, per quod infra vasis collum traijci possit, vt circum quaq; igni torreri possit. Vas vitreum luto æquabiliter crustatum, vel argillaceum, vel ęneum tenuiũ lignorum resegminibus repleatur, ex quibus oleum exugere quęris. Ori inditur operculum tenuibus foraminibus peruium, ex quibus distillandum oleum fluitet, nec superioris vasis ramenta decidant. Demum vasis collum ampullæ inferioris ori intromittitur, vt operculum interiectum sit, ora circumligabis, ne spiritum expirent, è cuius regione fornaculæ lata fenestra pateat, vt cum oleum in inferiorem ampullam descenderit, introspici possit. Postremo ab omni latere leui primum igne, mox acriori vrgeto, sic lignum in oleum liquefit, defluetq; in subiectam ampullam cum sua aqua. Cum prius liquor aquæ modo fluit, & desijt, sequetur oleum. Vel duas accipies ollas, alterâm super alteram statues, superioris fundus angustis forami

nulis peruius, inferior os latum habeat, vt æquè foraminulentum superioris fundum complectatur, commissuræ super linantur luto duos digitos crasso, vt cum olei defluxus ex superiori fiat, inferior sine flatuum expiratione recipiat. Mox ollam lignorum ramentis oppleto; & imposito operculo commissuræ muniatur luto, ne spiritum eructent. Mox fouea in solo fodiatur tantæ capacitatis, vt inferiorem ollam, & superioris partem excipiat, terra circumundiq; cõplanata, & pacta; tunc carbones in strues congeruntur, & circumponuntur, & incandescant. Sed si quo vis modo fumus è commissuris erumpit, perit oleum, & lignorum ramenta in cinerem vertuntur. Vnde si fumus ex parte aliqua se substulerit, aggesta protinus argilla obstruatur. Cum carbones ardere desierint, & strues decumbet subsidetq;, argumentum est exacti operis, eruta è terra inferior substrata olla, oleum & aquam excipiet, non sine fumido odore ex materiæ vstione. & hoc modo ex Guaiaco, Cupresso, Agalloco, & similium olea parabant. Nunc autem artificiosius hoc modo parabimus.

Oleum ex Guaiaco quomodo exugatur. *Cap. II.*



Ignum ex noua Hispania aduectum patrio nomine Guaiacum dictum, vnicum, & præcipuum est ad tenuissimæ luis venereæ grassantis remedium, lignum tantæ duriciei, vt aciem ferri respuat, vt vix ferri, aut scobinæ limationi cedat, interna pars medulla-

cea ex atro rufescente. Hoc vlcera depascentia sanat, scabies feras, & cutem, cum tumet, in orbis ambitum callo squamatim compactili. Aliquando morbi furor in artus seuit, & ossa, vt nullo, nisi huic ligno cedat medicamento. Lignum igitur tenuissimè dissecatur, vt totum in minutissima abeat ramenta, eademq; diu noctuq; macerant in aqua vase diligenter obturato ne vaporem, aut vim suam expiret per hebdomadam. Deinde vitreo obtorto vase capacitatis duplæ, bene foris argilla loricato, igniq; lento imposito, ex libra vnciam exudabit. Possumus quoque obtorto vase, & benè luto crustato, sine aqua ignis violentia oleum extrahere: Sed obscurum, & fumi nidore male olentem: Sed si cum aqua iterum redistilletur, & virus quod oleum læsit abolebit, & lympidum, & odoratum eueniet. At si idem iterum atq; iterum exequeris, & lympidius, & fragrantius prodibit. Oleum hoc internodiorum duritiem osseam, & maturitati rebellem illitu emollit. Vlcera, quæ per cutem pertinacius serpunt, mitigat, extuberantes tumores exæquat, qui in ossium occalluerunt; erumpentes vndiq; pustulas cohibet. Oleum citius, & violentius operabitur, quàm sui ius, & cremor ebibitus.

Oleum

Oleum ex Iuniperi ligno. *Cap. III.*

GVaiaco ligno naturæ dotibus & viribus vicina est Iuniperus, huic quoque fęda gallici morbi lues cedit sui odoris iucunditate, suauitateq; contra sęuientis pestis contagia pręualet; ex suo ligno odoratũ oleum sudat ad multa quoque pręcipua medicamenta: Lignum ascia dedolatur, vsq; eo dum abeat in scobem, quę aliquandiu aqua macerata, vt remollescat, humoremq; liberaliter combibat aliquot diebus, inditur obtorto vase, & incensis prunis manabit foras oleum cum aqua, separatur eo more, & ex quinq; libris vna exugitur olei vncia nigrescẽtis coloris, grauisq; odoris; quod si lympidius quęris, denuò stillabis.

Ex Agalloco siue ligno Aloes oleum. *Cap. IIII.*

EX Arabia, India, & Orientalibus oris ad nos Agallocum lignum deuehitur. Alij dicunt ex meridie, & fragrantius quidem esse. Eligatur recens, verum, non mentitum ex aspalatho; nam vtrumq: iucundum spirat odorẽ: sed Agallochum eximium, aspalathus verò per quàm exiguum, & angustum. Id in tenuia ramenta scinditur, tradi turq; copiosę aquę ad computrescendum. Scribunt enim odoratius futurũ; si com-

si computruerit, nam marcore sibi suauiorem odorem adsciscit, ob id incolæ in frusta dissectum, sub terram condunt, & multo aggere obruunt, vt iucundiorem spirent odorem. Inditur cum aqua obtorto vase, & suaue igne oleum extrudit. Singularem in suffitibus gratiam habet, abluto ore illud suauitate commendat, quibus fœtet, & ad multa myropolarum opera.

Oleum ex Aspalato. *Cap. V.*

Eiusdem ferè speciei Aspalathus. Aduehitur ex Syria, & Rhodo, & Cypro eligitur primi meriti ponderosus, qui denso cortice ruber, in purpuram vergens, suaui odore, tactu spissum, ponderosum, quod cęterorum more aquis demersum non protinus in sublime fertur: sed lapidis modò pręceps sedit, nec vnquàm emergere consueuit. Vnguentarijs ad spissandum oleum, & suffitibus odoris suauitate expetitur. Exugitur oleum, vt ex aloe, & ad idem valet, & si languidius.

IO. BAPT. PORTAE NEAPOLITANI

Distillationum,

LIBER SEPTIMVS.


De aquis validis extrahendis.



PROOEMIVM.

Venimus tandem ad aquas validas, quarum magnus vſus apud auri fabros, & chymiſtas in ſeparando aurum ab argento, vt ſine ijs nil poſſit operari, in quibus maxima renident Naturæ ſecreta, quod antipathia quadam, & ſympathia alia metalla corrodunt, & aliqua non corrodunt. Quæ aurum corrodunt, argentum reſpuunt, & quæ argentum, aurum intactum relinquunt. Sic, & de reliquis fornaculas, & vaſa diximus ſuperioribus libris, ne quod alibi diximus inutiliter repetamus.

Oleum odoratum Thuris: Cap. VII.



X Thuriferæ Arabiæ regione nobis Thus adfertur laxato enim sui arboris prægnãti cortice plaga, sub feruentissimis canis æstibus manat Thus, quo vtimur in suffetibus. Eligitur crassum, pingue, recẽs, odoratum, vt vberrimum oleum reddat. Repletur Thure vas, contuso applicatoq; supra fornacis testudinem, vbi caua in medio pertusa est, ac superposito vehementi igne, infra languido substrato, expuit in receptaculũ oleum, quod suauem eructat odorem: sed plus tibi feceris satis, si spongiam præ manibus habens, receptaculum forinsecus aqua refrigeres, ita enim oleosi spiritus, qui per receptaculi alueum se agglomerant, in se ipsos reciprocantes, eorum feruore refrigerato, castigatoq;, in oleum sese cogunt, suaui odore fragrantes. Vel indito Thus in vas, & tribus libris Thuris adijcito aquæ singularem in obtorto vase luto loricato; accenso igne supra, & infra, & ea quæ ante diximus facito, sic olei vna, vel duæ venciæ prodibunt cum aqua aurei coloris, quod odoratum halitum reddit.

Opo-

Opopanacis oleum, Cap. VIII.



Efluit Opopanax ſuccus è laxato meſſibus caule ferulaceo; vel inciſa radice, dum recens erumpit caulis. Eligitur leuis, pinguis, friabilis, tener, odore graui: ob id ad medicamenta oleum expetitur, nam odoratum halitum non reddit. Contractum inditur in dictum ſæpius vas optimè luto munitum, ac fornaculæ committitur ad incaleſcendum. Sex horis ſupra leniter ignis ferueat, dum aquam euomat. Mox infra accenditur, & oleum ſcaturiet: ſegregatur ab aqua. Ex libra vna ſex drachmæ ſatis ſunt. Si denuo in vas impones, aqua affuſa, quæ non minus dodrante ſuper emineat, accendaturq; ignis infra, vſq; eo dum oleum, & aqua manabit, parem operã impendendo, & limpidius, & liquidius oleum tibi parabis.

Oleum Hammoniaci. Cap. IX.



N Cyrenaica Africæ regione ſtillat lachrima in arenis, vnde Græcis nomen Hammoniacum, Reſinę modo, vel gummiè ferulaceo frutice. Eligendum pingue, & Reſinoſum, vt ex eo oleum medicamentis educamus. Dilingitur vas luto, mox vbi ſole occaluerit, refertur Reſina, & igni creditur coquendum,


dum, vt oleum expuat. Alij aceto solutum obtorto vase absorbendum curant, & eandem operam impendunt, & rubei coloris prodibit.

Oleum ex Terebinthina Resina. Cap. X.



Primam, tenuissimamq; Resinam in oriẽte Terebinthi fundunt, & quàm cæteris odoratiorem, quæ non nisi è vulneribus manat ex omnibus Resinis ei principatus datur. Eligitur alba, perlucida, colore vitri, odorata, & Terebinthi plus referens. Calefacta surgit in bullas, sufflaturq;, ob id solito vase, & more distillatur. Possumus, & retorto vase, arenis immersum: sed ignis plusquàm leuis fiat, vas & receptaculum ex more refrigerando. Sic flauescente oleum pro singulis libris vncias octo exuges: nam ferè totum in oleũ abit. In medendo contrahit vulnera: purgat, discutit, delingitur membrorum doloribus, & ad gracilitatem corporis emendandam; si ipsum in sole linatur non absq; mangonum vtilitate.

Oleum Picis. Cap. XI.



Ix ex pinu recipitur, cum æstate vulneratur, sudore deffluit ex Pinu inueterata anno proximo ab inciso. Antiquitus ante distillationis artem hoc modo exugebatur, auctore Dioscoride. Dum

Pix coquitur in æneis catinis, extensa supra prius arundinea tegete, ac lana supra tensa, è sublato vapore oleū elicitur. A tumente Pice, dum coquitur, attolluntur bullæ in orbis ambitu alijs rumpentibus, alijs subnascentibus, supra modum extuberant; ideò more solito distillatur. Optimæ notæ erit, quæ purior, leuior, odoratior, nitidior. Exugitur etiam retorto vase vitreo leui igne ab initio, mox subiectis flagrantibus igni carbonibus, maximam olei quantitatem excipies: nam ex libra octo vnciæ colliguntur.

Oleum ex Cera. Cap. XII.



Ligitur Cera colore fulua, subpinguis, odorata, pura, & mollis referens mellis halitum, quæ in pręarido lentescat, subigi facilis, mittatq; fila cum trahitur Mastichis modo, & recens non inueterata. Fiant pastilli Cerei, traijciantur per collum vasis in alueum, ne collum maculent, accendatur ignis supra collum, vt superius admonuimus, & leui igne in initio, in fine aucto, & oleum exuges flauum. Ex libra octo vnciæ prodibunt. Si gelascit frigidis diebus reiteretur distillatio, aqua oleum tegente, vt liquidius proueniat, & quanto pluries, tanto liquidius. Est & alia conficiendi ratio. In fictili olla liquescat, adijciaturq; sarmentorū cinis, tribus Ceræ partibus duas cineris adiecisse satis erit. Inditur retorto vitreo vase, & superpo-

nitur igni in principio leui, mox cum halitus prosperasse vides ad vasis collum, madefacto frigida aqua linteo, cooperies. Sic extenuatum, excoctumq;, superioris frigoris beneficio, per canalem in vas deuoluitur. Si nigrum, & turbidum redistillandum. Sunt non paucæ olei dotes, quas cognoscere volentibus ad medicorum libros, eos delego, vbi de Cera agitur. Oleum millecuplatam suæ Cerę vim refert. Sed præclaram habet virtutem ad cicatrices concolores corpori reddendas. Mulcendis neruorum doloribus, qui eis male torquentur.

Oleum Caphuræ. *Cap. XIII.*



VNcia Caphuræ molita in aqua forti dissoluatur, & supra aquam manabit oleum excellentissimum. Colligitur penna. Valet contra cancros, & vlcera malefica ad plagas reddendum, vel admiscetur cum oleo vulgari, taliterq; vnitur. vt non vulgare oleum: sed caphuræ oleũ videatur. Vel Caphura minutatim concidatur, concisam in forti aqua, & ex halinitro, & chalcantho distillata, & clarificata in ampullam immittitur, & tripodi imposita, calido loco per diei medietatem statuo. Hoc modo liquata Caphura, vbi clara, & lympida supernatat, eandemq; ab aqua forti separatam per retortam distillo, ex qua distillabit oleum omnium pulcherrimũ, & iucundissimum. Partium est omnium tenuium, & natura spiritali præditum.

IO. BAPT. PORTAE NEAPOLITANI

Diſtillationum.

LIBER SEXTVS.

De oleo ex lignis extrahendo.

PROOEMIVM.

Dum adhuc diſtillandi ars rudis eſſet, ex lignis oleum exugentes illud in ollis, aliјsq; vaſis comburebant, quę quia nidoroſi halitus vſtrinam expuebant, vel potius artis rudimenta, nec poterant ſua ariditate ore abſorberi,& putore: extrinſecus corpori linendo ſuas vires experiebantur. At nunc multiplicatis inuentoribus, ars ad ſummum peruenit, vt ſine nidoris offenſa, & ore abſorberi, & corpori adliniri poſsint: Sed ne quid defeciſſe videamur, maiorum adſcita explicare non tędebit, dum ex oleoſis lignis oleum extrudere conati ſunt.

Vaſa, & modi diſtillandi oleum ex lignis.
Cap I.



Xtruatur Fornacula ex coctis lateribus in rotundam, vel quadrangulã formam, trium pedum altitudinis, duorum latitudinis, in cuius ſuperiori tholo planities in conchæ modum efformetur, vt velut lacus ſubſideat, in cuius medio foramen relaxetur, per quod infra vaſis collum traijci poſſit, vt circum quaq; igni torreri poſſit. Vas vitreum luto æquabiliter cruſtatum, vel argillaceum, vel ęneum tenuiũ lignorum reſegminibus repleatur, ex quibus oleum exugere quęris. Ori inditur operculum tenuibus foraminibus peruium, ex quibus diſtillandum oleum fluitet, nec ſuperioris vaſis ramenta decidant. Demum vaſis collum ampullæ inferioris ori intromittitur, vt operculum interiectum ſit, ora circumligabis, ne ſpiritum expirent, è cuius regione fornaculæ lata feneſtra pateat, vt cum oleum in inferiorem ampullam deſcenderit, introſpici poſſit. Poſtremo ab omni latere leui primum igne, mox acriori vrgeto, ſic lignum in oleum liqueſit, defluetq; in ſubiectam ampullam cum ſua aqua. Cum prius liquor aquæ modo fluit, & deſijt, ſequetur oleum. Vel duas accipies ollas, alterâm ſuper alteram ſtatues, ſuperioris fundus anguſtis forami

nulis peruius, inferior os latum habeat, vt æquè foraminulentum ſuperioris fundum complectatur, commiſſuræ ſuper linantur luto duos digitos craſſo, vt cum olei defluxus ex ſuperiori fiat, inferior ſine flatuum expiratione recipiat. Mox ollam lignorum ramentis oppleto; & impoſito operculo commiſſuræ muniătur luto, ne ſpiritum eructent. Mox fouea in ſolo fodiatur tantæ capacitatis, vt inferiorem ollam, & ſuperioris partem excipiat, terra circumundiq; cōplanata, & pacta; tunc carbones in ſtrues congeruntur, & circumponuntur, & incandeſcant. Sed ſi quo vis modo fumus è commiſſuris erumpit, perit oleum, & lignorum ramenta in cinerem vertuntur. Vnde ſi fumus ex parte aliqua ſe ſubſtulerit, aggeſta protinus argilla obſtruatur. Cum carbones ardere deſierint, & ſtrues decumbet ſubſidetq;, argumentum eſt exacti operis, eruta è terra inferior ſubſtrata olla, oleum & aquam excipiet, non ſine fumido odore ex materiæ vſtione. & hoc modo ex Guaiaco, Cupreſſo, Agalloco, & ſimilium olea parabant. Nunc autem artificioſius hoc modo parabimus.

Oleum ex Guaiaco quomodo exugatur. Cap. II.



Lignum ex noua Hiſpania aduectum patrio nomine Guaiacum dictum, vnicum, & præcipuum eſt ad tenuiſſimæ luis venereæ graſſantis remedium, lignum tantæ duriciei, vt aciem ferri reſpuat, vt vix ferri, aut ſcobinæ limationi cedat, interna pars medulla-

cea ex atro rufeſcente. Hoc vlcera depaſcentia ſanat, ſcabies feras, & cutem, cum tumet, in orbis ambitum callo ſquamatim compactili. Aliquando morbi furor in artus ſeuit, & oſſa, vt nullo, niſi huic ligno cedat medicamento. Lignum igitur tenuiſſimè diſſecatur, vt totum in minutiſſima abeat ramenta, eademq; diu noctuq; macerant in aqua vaſe diligenter obturato ne vaporem, aut vim ſuam expiret per hebdomadam. Deinde vitreo obtorto vaſe capacitatis duplæ, bene foris argilla loricato, igniq; lento impoſito, ex libra vnciam exudabit. Poſſumus quoque obtorto vaſe, & benè luto cruſtato, ſine aqua ignis violentia oleum extrahere: Sed obſcurum, & fumi nidore male olentem: Sed ſi cum aqua iterum rediſtilletur, & virus quod oleum læſit abolebit, & lympidum, & odoratum eueniet. At ſi idem iterum atq; iterum exequeris, & lympidius, & fragrantius prodibit. Oleum hoc internodiorum duritiem oſſeam, & maturitati rebellem illitu emollit. Vlcera, quæ per cutem pertinacius ſerpunt, mitigat, extuberantes tumores exæquat, qui in oſſum occalluerunt; erumpentes vndiq; puſtulas cohibet. Oleum citius, & violentius operabitur, quàm ſui ius, & cremor ebibitus.

Oleum

Oleum ex Iuniperi ligno. *Cap. III.*

GVaiaco ligno naturæ dotibus & viribus vicina est Iuniperus, huic quoque fęda gallici morbi lues cedit sui odoris iucunditate, suauitateq; contra sęuientis pestis contagia pręualet; ex suo ligno odoratũ oleum sudat ad multa quoque pręcipua medicamenta: Lignum ascia dedolatur, vsq; eo dum abeat in scobem, quę aliquandiu aqua macerata, vt remollescat, humoremq; liberaliter combibat aliquot diebus, inditur obtorto vase, & incensis prunis manabit foras oleum cum aqua, separatur eo more, & ex quinq; libris vna exugitur olei vncia nigrescẽtis coloris, grauisq; odoris, quod si lympidius quęris, denuò stillabis.

Ex Agalloco siue ligno Aloes oleum. *Cap. IIII.*

EX Arabia, India, & Orientalibus oris ad nos Agallocum lignum deuehitur. Alij dicunt ex meridie, & fragrantius quidem esse. Eligatur recens, verum, non mentitum ex aspalatho; nam vtrumq: iucundum spirat odorẽ: sed Agallochum eximium, aspalathus verò per quàm exiguum, & angustum. Id in tenuia ramenta scinditur, tradíturq; copiosę aquę ad computrescendum. Scribunt enim odoratius futurũ; si com-

IO. BAPT. PORTAE NEAPOLITANI Distillationum,

LIBER SEPTIMVS.

De aquis validis extrahendis.



PROOEMIVM.

Venimus tandem ad aquas validas, quarum magnus vsus apud auri fabros, & chymistas in separando aurum ab argento, vt sine ijs nil possit operari, in quibus maxima renident Naturæ secreta; quod antipathia quadam, & sympathia alia metalla corrodunt, & aliqua non corrodunt. Quæ aurum corrodunt, argentum respuunt, & quæ argentum, aurum intactum relinquunt. Sic, & de reliquis fornaculas, & vasa diximus superioribus libris, ne quod alibi diximus inutiliter repetamus.

Aqua corrodens aurum. *Cap. I.*



SImplicia quæ in aquam soluta aurũ corrodunt, sunt atramentum sutorium, siue vitriolum, halinitrum, sal ammoniacũ, cõmune stibium, siue antimoniũ, & argentum sublimatum; ex horum aliquibus, vel ex cunctis componitur aqua, quæ aurum soluit. Ex his varij varias compositiones, & tandem omnes aurum dissoluunt. Prima describitur. Duæ vitrioli libræ, totidemq; salis ammoniaci resoluuntur in puluerem, mox repletur vas vitreum retortum: sed prius terquater luto linitum lutum ex floceis panno abrasis, equino stercore, & pilis sæpius remixtis, & ferreo bacillo verberatis. Ampulla tota replenda non est: sed tertia pars, vel dimidia. Supra ferrum firmetur in fornace. Collum cum receptaculo coniugatum, & rimæ stipentur linteolis ex farina oui albumine linitis, & vbi optimè resiccata fuerint, subijciantur ardẽtes prunæ; & cum simpliciũ spiritus exhalare ceperint, & vasis cacumen rubescit, danda opera est, ne vna gutta citius, quam altera cadat, quam quinq; horologij minuta transierint, & si citius ceciderint, periculum imminet, ne vitrum rumpatur. Cum spiritus in receptaculum regurgitauerint, & rubescit alueus, linteis aqua madefactis, vicissim tegatur, & cum calefacti fuerint.

amoueantur, & frigidiores alteri apponantur, ne feruentes violentissimi halitus vas disrumpant, sed à frigore repercussi in aquam cogantur : Sed cum vas, & receptaculum albis spiritibus replentur, vis ignis vrgeatur; nõ enim amplius imminet periculum, ne rumpatur. Cum stillæ cessauerint, sinito resedat ignis, & cinis, & ampulla à fornace amoueatur. Vel accipe libram, vehementis aquæ, quæ argentum comederit, cui adiicias ammoniaci salis vncias tres, sinito, eas corrodat, mox in vase vitreo affusa, vi ignis distilletur, & aurum corrodet. Vel accipe halinitri libram vnam, alteram antimonij, & in vasi vitreum indita distilletur, & in butyri modũ gelascit aqua; distilletur denuo, & liquescit aqua, quæ aurum corrodat. Vel æquas partes halinitri, & salis communis, vel salis vrinæ distillabis, ex his manat aqua, quæ aurum absorbeat. Vel halinitri, & salis ammoniaci æquas partes impones in vase vitreo retorto, luto munito, & quia vterq; valentissimi est spiritus in distillatione imminet vasis fractura. ob id artificum maxima opus est diligentia. Coniungitur ampulla cum suo receptaculo optimè ne spiret: mox fornaci indito, & cũ incipit calefieri, vehementissimi spiritus oriuntur, vt vas rubescat totum. Tũc amouendum est ab igne, ac supra molle puluinar reponendum, vt quiescant spiritus, & in aquam abeant, pòst in fornacem redeant, & cum denuo ignei spiritus rubentes exoriuntur, vicissim eandem operam impendes, id vsq; donec simplicia in fluorem abeant.


P 2 Aquę

Aquæ argentum corrodentes. Cap. II.



QVæ verò argentum corrodunt, sunt calcanthum; halinitrum; alumen; bolus armenus, auripigmentum, & cinnabaris; sed ea quæ communiter vtimur, fit ex halinitro, & alumine æquis partibus distillata mira vi corrodit argentum. Vel duplum aluminis. Salnitrum, & bolus armenicus etiam absumit: Sed si his aliqua commiscueris, quæ aurum corrodunt, argentum intactum relinquunt, Conijciuntur hæc in vas obtortum vitreum luto munitum; subijciturq; ampulla, quę stillantes guttas accipiat. Cum rubicundi spiritus violentissimi apparent, ne halitus expirent, ampulla subiecta, & vas obtortum ea parte, qua ora inter se committuntur, cerato linteo prorsus obducantur, & aqua frigida ampulla madefiat, vt superius admonuimus.

De aqua siue Vitrioli oleo. Cap. III.



VOcant chymistę vulgo Vitrioli spirituosam aquam, veluti valentem, oleum Vitrioli, quod verè oleum non est; sed medium quoddam inter aquam, & oleũ vt aquæ superiores. Et si tamen eiusmodi aquam distillandi varię sunt rationes, hęc tamẽ nimis

vsitata.

vsitata. Vitriolum in vase fictili aliquo desicca, vsque ad rubedinem, mox contritum colloca in vase vitreo retorto, leuto dicto, foris diligenter luto munito, dein de fornaci dictę, dictoq; modo in aquis valentibus subijce ignem primo lentum, donec albi fumi appareant. Tunc pone receptaculum ventrosi aluei, vt capax esse possit violentissimorum spirituum, & sic continuabis semper ignem augendo per diei spatium, & exibunt guttæ rubeę nigrescentes; cum verò albis fumis albescet receptaculum, iam consummatum est opus; amoue ignem, & sinito quiescere, donec ignis, & cinis subsideat. Vt à phlegmate separabis pone in ampulla vitrea ad cineres, vel balneum, & leui igne facito, vt in auras expiret, & receptaculũ in vase aquæ frigidę pleno mergatur, vt ardentes Vitrioli spiritus reprimat, & in aquã vertantur, vel madidis linteis superius cooperiendo, vel spongia aqua frigida inhibita linendo. Vires innumerę, quas apud chymistarum libros reperies, nos à nobis expertas apponemus. Gutta vna quotidie vino albo mane assumpta, pingues homines demacrare facit, sine lęsione, & gutta exhibita, quibus ruptę sunt in pectore venę, conglutinat, & sanat. Secunda aqua, quæ post phlegma stillat, valet epilepsię cum vino, vel aliquo liquore absorpta. Si vitriolum per horam in vitrariorum fornace distilletur, inde contusum ponatur in loculo vbi steterat vitellum albi oui elixati duri, conuertitur in aquam: sed non tantum vehemens quæ est optima potui.

De

De Sulphuris oleo. Cap. IIII.



Iuerso satis modo, Sulphuris oleum elicitur, quod quia valdè necessarium est medicis, & chymistis, diligentius conscribemus, ab eo diuerso, quem diximus in Magia. fiat vas vitreum in modum patinæ, vel fideliæ, & centro patinæ surgat meta eiusdem vitri, supra quam catinus argillaceus constitui possit in modum crucibuli aurifabrorum. Hoc vas repleatur Sulphure iam ignē passo, vti ad nos adfertur ex Leucogeis collibus Puteolanis. In medio ponatur elychnium xilinum, & incendatur, vbi ardere incipiet ponatur sub campana vitrea, & Sulphuris accensi flamma vasis vestigium nō attingat, ne frangat, & ita ex campanæ oris paulatim aqua valida stillabit, vel oleum, vt dicunt, vt omnes aquæ validæ.



Si locus in quo eiusmodi vasa locentur erit humidus, maior.

maior olei quantitas elicietur. Præterea si conclaue in quo vasa constituta fuerint clausum erit, fumus intus constipatus maiorem olei quantitatem dabit. Diebus pluuijs maior quãtitas, & plus hieme quam æstate.


Fit & alio modo rubicundum pro medicis, chymistis, & alijs. Viuum Sulphur in tenuissimum puluerem redigatur, atq; cum æquali olei Tartari parte commisceatur, mox in vitreum vas tribus horis coquatur, & in liquorem abibit, decoctum coletur per filtrum, & vitro indītur, & minimo calore siccescat, donec sanguinis imaginem acquirat. Digeritur, & massa tenue teratur, puluis supra marmor humido loco sternatur, defluens humor vasculo recipiatur, iterum depuretur, & humiditas absumatur, vsq; donec in oleum abeat rubicundum.

Oleum, & aqua Tartari. Cap. V.

FIt oleum Tartari, & oleum salis Tartari. Inditur Tartarum in vase recuruo vitreo, luto munito, & fornaci ardenti per sex horas foras extillabit oleum Tartari cum sua aqua de facili ex aqua separatur, quia aqua innatat coloris nigri. Sed denuo distillatum crocei coloris erit, & comburitur vt oleum. At oleum ex Tartari sale paratur hac ratione. Comburitur in vitriariorum fornace Tartarum, mox humido loco super marmor extenditur, quod labitur in oleum, vel potius aquam duorum, vel trium dierum interuallo. Si citius voles in oleum vertatur,

tatur, Tartarum calcinatum, & contusum loca in vessi ca hædi, aut bouis secundum quantitatem dissoluendorum, atq; sub aquis merge fortiter alligatam, ne per os penetret aqua, & horæ spatio in aquam vertitur. vel si oui elixati duri loculo repones dimidiati vt steterat vitellum, citò dissoluetur in oleum.

Oleum Argenti viui. Cap. VI.



Simile his oleum ex argento viuo paratur, quod potiùs valida aqua dici potest. Recipiuntur Vitrioli binæ libræ, altera Salisnitri, altera verò aluminis: Sed Vitriolum prius phlegmate purgetur, & rubificetur, alumen comburitur, & halinitrum desiccetur, Induntur vase vitreo recuruo benè luto munito, supponiturq; ori receptaculum maximè ventrosum, mox habeatur rotundus canalis vitreus in cuius medio alterum canalem habeat, accommodeturq; in modum infundibuli: mox ponatur vas retortum in fornacula, collum intromittatur in canalem iam dictum, cuius altera pars intromittatur in receptaculum. In fundibulo aptetur alia ampulla, quæ vicem subeat alterius receptaculi in magnum receptaculum libra argenti viui intromittatur. Iunctura omnium lineolis xilinis alligentur cum oui albumine, & triticea farina, ne expirent. Tandem subditur ignis retorto vasi, spiritus ex eo per collum vasis, & per canalem regurgitabunt in

receptaculum magnum, vbi ijdem ſpiritus ſimplicium argentum viuum tetigerint,vertunt in calcem, & receptaculum croceo colore adumbrant; tunc ſpongia frigida aqua madida ſpiritus reprimat, & ſiquid phlegmatis vitrioli ſpiritus redundent,in aquam labuntur,& in ampullam per infundibulum decurrent, ne in receptaculum perueniant; Vbi chalcanthum ſpiritus effundere deſierit, & argentum viuum non dum in oleum conuerſum fuerit, denuò retortum vas prædictis ſimplicibus repleatur, & igni committatur, vt ſpiritus denuo viuum argentum peruadentes in aquam validam vertant; quæ aliud viuum argentum intromiſſum in aquam conuertat, donec ſuppetant,ei vires.



A, Retortum vas.
B, Canalis.
C, Infundibulum cauum.
D, Ampulla.
E. Recipiens.

Q Oleum

Oleum de Lateribus. Cap. VII.



Ecipiantur libræ duæ exiccatorum Laterum, & in frusta radiusculè contundantur, instar fabæ, & argillaceo catino igni contumaci candescant, vel pala ferrea, & optimè igniti extinguantur in oleo antiquo centum annorum, & quanto vetustius, tanto melius. Mox laterculorum frustula indantur per collum vasis retorti, & subijciantur ei prunæ, & manabit foras oleum cum spiritibus adeò validis, vt quamquàm receptacula aquis mergãtur infra, & supra frigida spõgia foueãtur, sæpissimè maximo cũ bõbo in partes dissiliat. Vires tensis neruis frigidis apostematibus, ac frigidis distillationibus opportunæ.

Oleum Salis communis. Cap. VIII.



T si difficillima sit distillationum magistris eiusmodi olei extractio, tamen aliquos modos commemorabimus, vt vsui nobis esse possint. Induntur sex libræ salis communis in vase retorto luto munito, ac vt in aquis validis sex horis vis ignis vrgeatur, & foris aqua salita manabit, quæ in albandis dentibus vtilis erit. Sed si aqua, quæ priùs exierit, supra eumdem salem contusum effundetur, & denuo, destilletur,

idq;

idq; ter, quater viciſſim repetes, aqua validior profluet. Vel ſi Salnitrum diſtillaueris, & in diſtillata eiuſmodi aqua commune ſal proieceris, ab aqua corrodendo abſumitur, pone has aquas in retorto vaſe, & iterum diſtil la, & exibit foras ſalis aqua, & in vaſis fundo remanebit Salnitrum integrum.

Oleum Talci quomodo exugatur. *Cap. IX.*



N ferreo cocleari igneatur Talchum, & vbi optimè excanduerit, ſupra aſpergatur aqua, vel plantaginis, vel roſacea: & id ſepties iterabis donec in tenuiſſimum puluerem redigantur, vt ferè in auras euolet, puluerem in argillaceam ollam cōdito, & vitrariorum fornaci per hebdomadam immoretur donec in candidiſſimam calcē reuertantur, calcem diſtillato, & valido aceto immerges, & ſupra calidos cineres ebullire ſines, donec aquæ lympiditas conturbetur, mox amoue acetum, & in ampullam reſerua, & aliud acetum indito. eamdem operam impendendo, quouſq; tota Talci calx in acetum abſorbeatur, acetum mox igne facito in auras euolet, & in fundo ſal remanebit, ſuper marmore ſternatur in humidam cellam, nam ſal in humorem ſol uetur, & in ſubiectum vaſculum defluet, qui & facultatis vſu ad mangonizandam mulierum faciem pręſtās. In cuius opificio multi viri ingenio, & artificio præſtantes maximis labore, ſtudio, & impenſis laborarunt: ſed nil ſolidi reperiere.

Quomodo diuersæ qualitates aquæ simul commixtæ separentur. Cap. X.



Via sæpè casu accidit, vel necessitate, vt diuersæ qualitatis aquæ simul commixtæ inuicem separentur, & vna queq; cũ sua qualitate, quamquàm impossibile aliquibus videatur, fieri tamen posse sine vlla difficultate docebimus, considerando, quod nulla maior contrarietas in rebus naturalibus, quàm inter graue, & leue. Cum ego vitæ aquam multotiès distillassem pro potabili auro comparando, casu, accidit, vt ampulla vi spirituũ dissiliret, ceciditq; effusa aqua in aquæ balneum, & temporis, & impensarum, & laboris tæderet, cępi cogitare, quomodo separare potuissem, tandem vtramq; aquam in ampullam posui cum suo pileo, & receptaculo, conglutinatis commissuris, ne spiritus euolarent, leuiq; balnei calore cępit illico vitæ aqua, quia leuissima erat, in receptaculum delabi aquæ signum in pileo præ sua tenuitate non videbatur, cum postea vidissem in pileo aquæ guttas comparuisse, cognoui aquam ascendere, vnde amoto receptaculo, inueni aquam vitę integram cum suo pondere transisse cum sua tenuitate, vt erat prius, antequàm è suo vase dissiliret. & aqua reliqua etiam sine aquæ vitæ odore remansit, vt erat in balneo. Sępissimè quoq; mihi accidit in eadem vitæ aqua, & rosacea, & alijs, vt distillando frangeretur vas,

& aqua foras effluendo, se cum arena commisceret, & cineribus, positisq; arena, & cineribus in ampulla, leui ignis calore aqua in suum receptaculum delapsa est, vt prius in sua erat natura. Aqua valida postquàm argentum, vel aurum corrodisset, ei fontis aquam adiunxi, debilitando, proieciq; in eam æream tabellam, illico valida aqua aurum vel argentum exonerans, in tabellam se recepit in nebulæ formam extraxi laminam, argentũ, vel aurum corrasi, & in corpus redegi, mox ne validæ aquæ iacturam facerem, vtramq; in ampullam indidi, & leui igne ascendit aqua, demum vbi spirituum ascensu pileum rubescere vidi, amoui ignem, & aqua valida, vt in sua natura erat, in fundo remansit. Præterea cum aurum ab argento valida aqua separassem, dissilijt ampulla, & aqua in cineribus perijt, illicò cineres, & carbones fontana laui aqua, & in ampullam coniecta aqua, in tenues auras euolauit, reliquum in corpus redegi, & aurum, & argentum recuperaui.



IO. BAPT. PORTAE NEAPOLITANI Diſtillationum.

LIBER OCTAVVS.

Quo de extrahendis rerum virtutibus varia experimenta traduntur.

PROOEMIVM.

Ne ab aquarum diſtillationibus diſcedamus, eas edocebimus, quę rerum eſſentias extrahunt. Quilibet enim ſolers rerum naturalium, & celebris veſtigator è plantis, earumq; membris, nempè radicibus, folijs, floribus, ſeminibus, virtutes occultas, quintas eſſentias, colores, arcana, & magiſteria eliciens, quibuſdam menſtruis, ſcilicet medijs liquoribus vſus eſt, ad varias ſimplicium naturas varijs, & peculiaribus. Sed pro omnibus communiter aqua vitę; ſiquidem hæc ſola inſtar omnium ſingulari

lari quadam prædita eſt facultate tenuiores,& præſtantiores partes ſegregare,elicere , & illis ſe inducere , humani generis in morbis auertendis, præcauendis ex corporibus ægritudinibus elifis, labefactatiſq; inſtaurãdis, & quaſi de nouo reſtituendis opem latura . Reliqua medicamenta longè euincere vidimus , neq; aliquid ei ſimile nouimus . Præterea intra humanum corpus aſſumpta,ac foris illita , nullis cędere diuturnis experimentis explorauimus , vt Raymundus Lullius integrum librum de ea re ſcripſerit . Et vt veterum , ita recentiorum multorum diuexata ſunt ingenia ad varia organa, & modos excogitandos , vt eam probe tenuiorem,& puriorem redderet, quorumque nobis præſtantiora viſa ſunt, recenſere non pigebit .

Aquæ vitæ extractio ſine igne. Cap. I.



RVſtici (vt à rudibus incipiamus) ſua induſtria modum excogitarunt, vitæ aquam è vino ſinè ignis ſubſidio exugere , videntes enim muſtũ ſine ignis caliditate, ſuæ naturæ ſpontaneo impulſu ſe ſe cõmouētē æſtuantemq; ebullire,maximãq; ſpiritus quãtitatē foras emittere,

tere,

tere, vaſa orificio circumponentes, illam colligebant. Recens enim muſtum è torculari ad vinaceam cellam tranſuectum, tranſmutatumq́;, iàm iàm efferuere incipientē, ſordiumq́; immundum elluuiem ſupra effundētem emandare, ſupra vaſis oſculum cauum tubum, ſiuè ligneum, ſiue fictilem, quatuor, vel quinque pedum altitudinis accommodarunt, qui ori par eſſet, & ſupra pileum conſtituerunt, cuius roſtro receptaculum ſuppoſuerunt, mox iuncturas fideliter agglutinarunt, ne quid vaporis, vel ſpiritus exhalaret, vnde ex vaporibus è vino ſe erigentibus humor in receptaculum deriuat, vt meritò muſti ſpiritum vocemus, Gręci ἀπυρόστακτος quaſi ſine ignis adminiculo extractum ſit.



Dolium A,
Tubus ligneus C,
Pileus B,
Ampulla D.

Aqua vitæ cum igne extractio. Cap. II.




Qua vitę ex omni vino peruerſo, putridoq́; extrahi poteſt, & ad medicamenta, & ad eliciendas ſubſtantias idonea, ſolummodo ex aceto extrahi nō poteſt, nam vinum, vbi propriam formam amiſit fit acetum, & acetum cadauer vini eſt. Accipe igitur vinum generoſiſſimum, & vetuſtiſſimum, vel

gręcum,

græcum, vel lachrimam nobis dictam, quæ ex Vesuuij Monte nobis adfertur, & quãto generosius, & vetustius, eò spirituosius; hoc immittatur in cucurbitam, cuius duæ tertiæ partes repleantur, & pileo super imposito, & suo rostro receptaculum grandiusculum supponatur; nam quanto ventrosius, eò melius, vt maximæ vis spirituum nondum in aquam conuersorum capax sit, orificia optimè committantur, & firmissimè oblutentur, oportet, ne respirent, quàm possibile fuerit, ne laborem, & operam ludamus: nam & si in alijs rebus ne respirent, cauendum est; hic maximè necessarium; nam è vino excussi spiritus, in subtilissimos halitus resoluuntur, & nisi optimè luto coerceantur, in auras euolant. Hoc vbi factum fuerit, ampulla cineribus, vel aquę balneo committenda, igne primum lento, mox copiosiore subiecto, vt lentè in bullas tumens, temperatè distillet, vehementi bullitione vitata, ne efferuescens exundet: sed ne vel immoderatè fluat, vel nimia tarditate supprimatur, donec pars quarta appositi meri distillet, tunc supprime ignem, & in receptaculum amoue, & vini reliquum sepone in aliud vasculum: nam vbi subtilissimi spiritus surrexerint reliquum vini cadauer torpet. Distillatum denuò distillabis donec totius media pars profluat; idq; tertiò facies, vt vna ex quinq; partibus in vase remaneat, & si quinto distillabis subtilior, & perfectior erit. Sunt qui ad decimam distillationem progrediuntur: sed nos vsq; ad quartam contenti sumus. Humorem hunc egregium in vasculo clausum,

& luto optimè obstructum, ne euolet, excipe, & repone. Signum perfectæ distillationis erit, in cocleari argenteo pars aliqua distillati ponatur, & apposita accensa candela, si tota absumatur, & nulla penitus in fundo humiditas remanserit, vel madefactum in ea linteum, & accensum consumatur, vel iniecta in ea olei gutta, & subsideat signum erit absolutæ priuationis humiditatis.

Quomodo Aqua vitæ aliis modis ad laboris, impensarum compendium extrahatur.
Cap. III.



Sed quoniam ad eandem distillationem toties repetendam, vt superstes ille ex distillatione humor redistilletur, tēpus, & impensæ teruntur, ab ingeniosis viris varij modi, & organa ad posteritatem transmissa sunt, vt parcius, & compendiosius distilletur. Alij per serpentinum alembicum executi sunt. Est enim serpentinum vas, vt ante retulimus, quos per anfractuosos, & flexuosos canales spiritus è vino per longum iter deducit, vt aqua omni phlegmate spoliata in subiectum vas deriuetur. Alij per triceps seu, quatriceps, & septiceps vas, vel per hidram distillant (vas paulò ante retulimus) vt variæ notæ aquā exhibeant; nam ex superiori tenuior aqua deriuat, ex inferiori phlegmate redundans, quas omnes seorsum seruant. Alij simile vas excogitarunt in formam metæ

in

in summo turbinatum, in imo crassum. Hoc supra ampullam accommodant, ac probè superlutatum in arenariam cupellam imponunt, ac lento igne vrgent, ex superiori pileo tenuior, ex inferiori crassior. Alij serpentino vase vtuntur, & quale sit supra docuimus, vt salebroso, & anfractuoso itinere longo, & difficili attenuetur humor magis, & quod phlegmate grauescit per aliud vas in medio canali existens, relabitur. Alij oblongi colli vas camelinum, vel struthiocamelinum vulgus materozzo vocat, nã quod per eiusmodi vas distillatur, eo quod per alia effluit egregiè præualet. Multi in prædicti vasis faucibus spongiã, pergamenum, vel suberum accommodant, mox supra pileum erigunt, vt nisi per cartæ poros, per spongiam vel suberum nobilissimi, & longè tenuiores spiritus transmeent, & in horum poris intercipiatur phlegma. sunt qui spongiam oleo madeã faciunt, nam phlegmati viam intercludit, & sic semel distillando præualet multiplici.

Quinta aquæ vitæ essentia quomodo fiat.
Cap. IIII.



NE aliqui cõtra nos subsannent, quod quintæ essentię nomen mixto indiderim quasi quintum elementum dicam, vel quod cęlum esse asseram, dicam quid per quintã essentiam intelligam. Quintam essentiam voco formam cuiuslibet rei à corpore remotam,

id est omni qualitate sensibili, & elementali orbata, relecta tantum subtilissima eius parte per distillationem, vt eius substantia sicùt æther, sit (per similitudinem loquendo) cuius temperie admixtus sit calor. Cum enim quatuor elementa in omni mixto admixta sint cum suis manifestis qualitatibus, cum omnibus suis elementorum impuritatibus, & cùm specifica virtus formæ adhæreat, ac subtilioribus partibus, quando ab elementorum fęculentia depurata sunt, videtur quodammodo à suis elemētis distare, vt quintum esse appareat, & verè spiritales vis indicatur ad longè, & sanè viuendum. Ex hoc aliqui cœlum vocarunt, quod quemadmodum cœlesti influxu in nos agit, ità ad perniciosorũ morborum profligationem efficacem illā vim quodā modo imitari videatur. Ex aqua igitur vitæ iam extracta efficitur quinta essentia aquæ vitæ. Hæc est illa aquæ vitæ essentia ad tàm præstantes, & egregias rerũ virtutes extrahendas receptissima. Post igitur sexies, vel septies distillatam, vt diximus, illam pone in Pelicano, vel Geminis, & vase benè lutato pones sub fimo equino, vel vinaceorum, vel aquæ balneo, ne deficiat ignis per mensem, & circulari facias. nam postremò videbis in fundo feces, & supra natantem quintam essentiam coloris cerulei, & lympidi. Tunc resera osculum, & si foras mirabilis fragrantię manabit, cui nulla res comparari poterit; scito te optimum finem assecutum, quod si odor vel color non respōdent, reclude vas, & iterum ad circulandum repone, donec signum assequaris.

quaris. Demum extrahe à vase, & à fęcibus separa, & optimè clausam repone. Sunt qui primò vinum per mensem sub fimo macerandum ponũt, donec suo marcore contabescat, & mox distillant. Sed eiusmodi quintæ essentiæ tanta est vis, quod intra paucissimas horas rerum omnium ferè quintas essentias extrahit, plantarum, herbarum, radicum, seminum, vt quintam essentiam, cuiusq; essentiæ quintæ meritò dici possit. Nil aliter efficiendo, quàm simplicia in aquam illam imponendo, & ibi tribus, vel quatuor horis ad solem, vel aquæ balneum commorari sinas, nam in simplicium penetralibus se se intromittens ex molis sinu, rerum occultas proprietates proleptat, & surripit cum omnibus suis virtutibus multiplicatã, supra quam credi par est. Vnde meritò quinta essentia est quædam substantia è rebus extracta ab omnibus impuritatibus, & corruptionibus separata in se retinens vires calorẽ, sapores, & eorũ proprietates. ob id sua puritate, & tenuitate illico corpus penetrans, & peruagans, illud immutat, alterat, & admirandas inde cit operationes.

Alius modus quintam essentiam extrahendi de Fæniculo. Cap. V.




Vlti sunt modi, & penè infinitæ virtutes ex simplicibus extrahendi, qui secundum rerum varietates variantur, & qualitatum extrahendarum, quorum quamplurima hic adducemus exempla,

vt ex se alias ex his inuenire condiscatur. Possumus ex radicibus, floribus, plantis, & animalibus vires extrahere, siue quintas essentias, eas tenuiter terendo, relinquendo sub fimo macerandas in cucurbita per 40. dies; post exemptas ad distillandum ter quater exhibeas, vt diximus de aqua vitæ, mox ad circulandum, & cum signa consequeris sui odoris, saporis, coloris, scito te quintam essentiam assecutum, suasq; virtutes multipliciter exaltatas, reperies, & efficaciter operãtes insolita, vt mira videantur, tàm mirificã opẽ conferunt. Exemplum de Fęniculo. Iunio mense accipito radicum herbarum, & florum Fęniculi libras decem, minutatim eas concide, totidemq; libras aceti vini generosi albi, repone in vitro ad macerandum vase benè clauso, vsq; ad finem Octobris, quo tempore perfectam maturitatem assequuntur semina, quorum quadruplum pondus benè contusum, & in puluerem reductum albo vino quadruplum mergatur, maceretur q; per diem, mox distillabis, & oleum, & phlegma promiscuè effluet. oleum per vas in arena mersum à phlegmate separabis, quod radicibus, herbis, & seminibus recentibus infundito per balneum ter distilla, & præstantissimum habebis antidotum ad venena, ad corroborandum vitales spiritus, ac naturales virtutes.

Quinta

Quinta essentia Sesilis Massiliensis, Angelicæ, & Zedoariæ. Cap. VI.



SI volumus aliter parare, parandi ratio talis erit. Radix Sesilis à sordibus mundata minutatim concidatur, & contusa diligenter exprimatur, succusq; expressus reponatur: residuas fęces calida aqua macerabis triduo, maceratæ denuo exprimantur, expressum succo primò additur, mox alia aqua affunditur, & post triduum expressus humor priori additur, & sic consequenter affusio, & maceratio triduana, tandem exprimitur, vsque dum in recrementis, neque odoris, neque saporis aliquid reliquum fuerit, post segmenta illa macerentur, & expressione repetita exhausta illi recenti inijciuntur, & hæc optimè obstructa per diem figulorum fornaci feruentissimo igni prostituta, in albicantes cineres conuertantur, quæ succo iam collecto adduntur. Sed quod de radice diximus, idem quoq; de herba dum floret, & postremò cum semen aperitur faciendum. Cuncti demum cineres, & succi in vas vnum componuntur, & per filtrum ter defęcantur, defęcatim in circulatorium induntur, & per decem dies calido cinere circulantur, & materia in illis spissitudinem, & colorem aureum contrahit, & humor ex balneo elicitur, & oleitas in fundo residens reponatur. Quinta essentia Angelicæ hoc modo extrahitur. Ex prima florum sobole antequàm ex suis radicibus prodeant diluculo ante solis ortum, dum adhuc ro-

sci-

ſcido humore madent, vaſculo vitreo, vel fictili vitreato excipiuntur, atque cęco pileo ſuper agglutinato, per triginta, vel quadraginta dies in balneo ſeruentur, ibi enim melligo quędam ſe pandit, quæ per roſtrum alembici diſtillat humorem perelegantem, & aureo colore, cuius duodecim guttæ tempore matutino exceptæ ore, valent contra paralyſim. Ex Zedoaria quinta eſſentia hoc modo extrahitur. Radices minutatim conciduntur, conciſis vinum rectificatum, deſt aqua vitę donec trium digitorum altitudine ſuper eas extet, infundatur. Vaſculum hoc continens optimè obſtructum per dies naturales nouem in digeſtione relinquatur, tempore hoc elapſo materia contenta in cineribus, vel arena calida, vſq; dum nihil præterea humoris exudet: vitato tamen aduſtionis vitio diſtillet. Ex diſtillatione hac exemptum, quod eſt ex diſtillatione in vitro recenti per balneum traducatur, & tandem in fundo Zedoariæ eſſentia reſidebit. At quomodo ex carnibus, odoribus, Ambara, Moſcho, Zibeto, & alijs extrahatur, diximus libro de magia naturali.

De Elixiribus. Cap. VII.



Res ſunt Elixirum ſpecies. Prima metallica, vt auri, argenti, & cæterorum Mineraliū, vt Sulphuris, Arſenici, Salis, Chalcanthi, & Halinitri. Secunda gemmarum, ſuccini, Margaritarum, Corallorum, Smaragdi,

Amthiſti,

Amethisti, Christalli, & aliorum. Tertia plantarum, & earum partium, radicum, herbarum, florum, seminum, fructuum, & similium. Elixires ab essentijs, oleis, extractis, & tincturis diuersi sunt, nam tincturæ, quoniam sui compositi colorem amittunt, non olea quoniam pinguedinis expertia, sub aquis merguntur, nec essentię quoniam lympiditate, perspicuitate, & claritate destituuntur: sed tamen medium quoddam inter essentiã, & oleum, & quia etiam aliquid coloris accedit, sunt etiam media inter tincturam, & essentiam, & habitu liquorem potius, quàm aliquid repræsentant. Dicunturq; Elixires non à materia, & forma: sed à virtute, & efficacia, quorum vires sunt, vt spiritum vitæ essentialem, & ex prima elementorum temperie profluentem ingenita sibi qualitatis, efficacię potentia, penetrent, purgent, instaurent, & conseruent. Elixir non ex vno simplice; sed vt plurimum ex multis constat. Dicetur primo de Bibinella, & hoc modo qui sequitur, paratur. Radix conuenienti tempore fossa in aqua fortiore, è radice similiter tertia vice segregata, maceretur, atq; indè probè a curatione recondita, oneribusq; impositis degrauata, putrefieri sinatur, donec flores suum vigoris gradum attigerint, qui tunc temporis decerpti, aqua è simili specie floribus similiter macerandi: sed in peculiari vasculo deponitur. Post hęc semen vbi maturitatem assecutum fuerit, contusum aqua simili maceretur. Floribus triginta dierum spatio maceratis, singula coniunctim distillentur phlegma cum oleo eliciendo segregatum

tum per gemellos, per ſex dies ex vno in alterum diſtil-lentur, vel vſque dum ex partibus quinquaginta nouẽ digerendo conſumptis, ſexageſima ſolum remaneat, circuletur, reſiduum illud exceptum reponatur. Diciturq; Elixir quaſi vitæ conſeruatiuum.

Elixir ex multis ſimplicibus compoſitus. Cap. VIII.



Lij ſunt Elixires ex rebus multis compoſiti, qui multiplicem virtutem habent. Vnũ apponemus, quem ex multis, quos experti ſumus, egregię virtutis cognouimus, vires quas vidimus, deſcribimus, reliquas, quas reticemus ex βοτανογεωργία accipies. Recipe florentis Saluiæ libram vnam, Origani, Hyſsopi, Satureię, radicum Bimbinellæ, Abſinthij, & radicum Valerianę ana vncias duas, Vuæ florẽtis, Roſarum rubearum, & albarum, radicum Biſtortæ, & Petroſelini ana vnciam cum dimidia. Roſmarini, Petroſelini, Cheræfolij, Lauendulæ, Mari, Maioranæ, baccarum Iuniperi ana duas vnciæ tertias cum dimidia. Fęniculorum, Leuiſtici, Mentæ, Fęniculi marini, Pulegij Camæmeli, radicum Mei, Meliſſæ, radicum Dauci, Angelicæ, Caryophyllatæ, & Liquiritiæ, Thimi, Calamenthi, Stecadis, Saxefragiæ, & Betonicæ ana drachmas tres, Mentæ gallicæ, radicum Tormentillæ, radicum Polipodij ana drachmã vnam cum dimidia. Radicum Scorzoneræ purgatæ

corticibus, & medullis viridium, non siccarum dimi diam libram. Colliguntur simplicia hæc sereno tem pore cum suis seminibus, saltem floribus, siccenturq; in vmbra, nec aliquo modo aqua madefacta. Radices medulla præditæ primo purgentur rustico panno lineo, & interiori medulla lignosa viridi humida, assiccetur sole, ac præparata iuxta debitum pondus ani maduertendo quod vncia sit octo drachmarum. Et quoniam omnium pondus æquat tres libras cum dimidia, addatur eis vini quadruplum, & si esset Creticum præstantius erit, saltem vinum Græcum Vesuuiarum dulce, & sint libræ duodecim. Radices contundantur optimè, herbæ tenuiter concisæ, & quia Scorzonera, oportet, viridis sit, ob id non apponitur quadruplum vini, vt in cæteris; Hæc omnia vitrea in cucurbita locentur, imposito pileo cæco, non rostrato, optimè conglutinentur iuncturæ, ne respirent, vt Pelecani instar ascendens vapor refluat in suum alueum, ac aquę balneo per dies quindecim ascendens, & refluens vapor circuletur. Intereà aquę vitę optimè ex optimo vino Gręco in balneo aquæ libras quindecim paratas habeto cum floribus Rorismarini distillatas, & sint florum librę tres, & quindecim diebus macerentur modo prędicto, Ziziberis albi, corticum Citri, Nucum myristicarum, Maris, Galangę, Calami aromatici, Acori ueri, Coriandrorum præparatorum ana vnciam vnam. Caryophyllorum, & Cinnamomi duplum, Sandalorum Citrinorum ana drachmas tres, Cubebes, Carda-

momi minoris, Piperis longi, Zedoariæ, Baccarum lauri, Cumini, Carui, Dictami albi, Rhapontici vsualis, Pomi granati ana drachmas duas, Granorum Paradisi, Croci Sulmonensis, Rhabarbari perfecti ana drachmã vnam, Seminum Anisi sexquiunciam, Mellis optimi libram dimidiam. Theriacę optimę, & Mitridatij drachmas tres, Rosarum rubearum siccarum, Cardui sancti, Fœniculi marini, & Scorzonerę ana drachmas tres. Deinde hęc duo composita simul admiscendo in cucurbita, aquę balneo distillabis, aquam calidam infundendo sępè balneo quantum in ebullitione absumitur, & vasorũ commissurę optimè lutentur, ne respirent cum lineis teniolis, oui albumine, & tenui frumenti polline conglutinatis, vt diximus. Cucurbitam supra tripodem breuium crurum accommodabis, intra ahænum vas cum bacillis optimè religatis, & firmatis, ne ex bullitione moueantur. Vbi verò distillare desierit, fęces optimè exprimantur prælo, exuctus liquor denuo distilletur in vase retorto in eodem balneo, & has duas aquas admisceto simul in vitreo vase benè solido, & hæc simplicia super impones. Sacchari optimi vnciam vnam, Rosacei vncias quatuor, in cannis semiunciam, Aromatici rosacei diamusci dulcis, Diamargariton, Diarhodon, Auri foliati sesquidrachmam, Rubini optimi semidrachmam, Margaritarũ contusarum drachmas quatuor, Moschi, Ambaræ, & Caphuræ semi drachmam. Hęc omnia in porphyretico marmore triturentur cum optimo saccharo candido. Mox referetur


ſeretur orificium vaſis ſubere, & pergameno, ne tantillum euentet, & ſoli apricari ſinito, & ſi ſol non feruet, imponatur aquę balneo tepido quadraginta dierum ſpatio ad macerandum, ſemper vas commouendo, vt fęces commiſceantur, earumq; virtutes aquis relinquantur. Poſtremò requieſcat, vt fęces ſubſideant in fundo, & vires in aquis peſſum eant. Tandèm capiantur Moſchus, Ambar, & Caphura, cum Bibinella. Animaduertendo, ne ſeneſcentia ſimplicia intromittantur, corroſa, aut tarmis abſumpta: ſed in optimo eorum ſtatu. Id ſummopere conſiderandum, neq; prægnantibus, neque puerulis exhibendum ob ſuam robuſtitatem, & præcipuè ob Moſchum, nam induceret pueris epilepſiam, aliasq; eiuſmodi ſpecies, & mulieribus impediret conceptum. Sic cõtra ſi peſſu naturæ inſeratur, exiccat mulierbriũ locorum humiditatẽ, prouocat mẽſtrua, prodeſt ſtrangulationi matricis, & fauet conceptioni. Submouet aſcendentes capiti vapores mulierum ob menſtruorum retentionem. Multas præterea retinet vires quæ in Medicorum ſcholis continentur.

De Cliſſo. Cap. IX.



STillatitium medicamentum, quod Cliſſum vocant, hoc modo ſe habet. Quãdo vnius generis plantæ diuerſæ partes in ſuis virtutibus exaltatæ, tandèm collectæ in vſum commune eſſe coeũt hoc modo. Planta primo radicem hinc herbam, mox, florem,

florem, demum semen fundit. cuilibet parti peculiaris virtus inest. Vnde si omnium partium virtutes, subtilitates, olea, sales, & eiusmodi similia extrahuntur, & cum vnum quodq; eorum separatam habet efficaciam, & congressu, & societate mutua in vnum corpus recurrunt, id Clissus dicitur, cuius confectio tali modo perficitur. Radicibus, floribus, folijs, & seminibus maturitate absolutis, scilicet in suo tempore euulsis, collectis, decerptis, receptisq; ea distillando, putrefaciendo, subtiliando, & sal eligendo, & quibuscunq; alijs modis iam prius edoctis, maxima ingenij, & manuum dexteritate, virtutes, naturas, ingenium in Naturæ sinu delitescentibus, elicere, subducere, & extrahere. Et vbi hæc omnia separatim alia in olei, altera in liquoris, altera in salis formam iam elicuisti, simul omnia coniungantur, & in vnam spiritualem essentiam, eamq; posteà inseparabilem redige hoc modo.



Accipito tres cucurbitas æqualis amplitudinis, & in parte inferna, ne ignis iniuriam sentiant, luto probe munias, & virtutes iàm dictas liquoris vnā salis alterā, & olei alteram; mox colla simul vnias mutuo, & alligabis, vt in vnum orificium coalescant, omnia superlutando, & demum pileum capacē illorum collis indes, & in fornacem accommodabis. Hoc vnum diligenter asseruabis, quod si secus feceris, oleum, & operam perdes scilicet, vt vnicuiq; ampullæ suum ignem ministrando

liquori

liquori leuem, oleo ingentem, ſali vehementem, vt ſe ſimul æquent, & æqualiter fluant. Erit igitur humor in cucurbita ceù fœtus quando concipitur, & ex aluo naſcenti velut materno ventre, qui ſe in cauitate pilei recolligens, per eiuſdem orificium pluribus guttulis profluens, vt ex vtero, à vaſculo, quaſi officioſa obſtetrice excipitur, & fouetur. Hic ergo erit Cliſſus, ſiuè triplicatæ virtutes, qui medico vſui remedia admodum ſalubria præſtat.

De Tincturis. *Cap. X.*



Xtrahuntur ex rebus Tincturæ ſiue colores, nam verè, vt in multis cognouimus, eſſentias, virtutes, operationes, animas, & omnia in colore conſiſtere. Si quis enim auri colorem extraxerit, optimum ſecretum nactus fuerit, dummodo metallum ſine colore remaneat cum modica ſui ponderis iactura. Extraximus è Roſis colorem, in quo maximus Roſę odor inerat, & ſapor, & erat prętereà mirificæ virtutis. Tincturæ ſunt partes ſimplicium puriores, & efficaciores primæ, & nobiliſſimæ, ex quibus extrahuntur virtutes retinentes, & operationes. Extrahuntur è metallis, radicibus, herbis, floribus, ſeminibus maiori ſolertia, quàm labore ab omnium elementorum mixtione liberæ tincturæ, aeris perſpicuitatem, & puritatem ſubtilitate æmulantur, vt

ex

ex rebus, quibus extrahuntur calorem, ſplendorem, & ſubtilitatem, abſq; vlla impurioris materię acceſſione, & ſubſtātiam adeò tenuiſſimam & puriſſimam, vt multorum annorum ſpatio nil fęcium in fundo receptaculi ſui deponat: ſed perpetuò ęquali puritate, & perſpicuitate conſiſtat. Et ſi rectè conditę fuerint perpetua virtute vigent. In hoc, & ab eſſentijs differunt, quod ſimplicium, ex quibus extrahuntur, colores adſciſcunt, & indè nomen aſſumunt: Sed quia multarum rerum tincturas in noſtro naturalis Magię libro demonſtrauimus, ſuperfluum mihi videtur, hic denuo adducere.



IO. BAPT. PORTAE NEAPOLITANI

Distillationum,

LIBER NONVS.

Oleorum extractio cum prælo.



PROOEMIVM.

Iam de distillatione opus ad Vmbilicum produximus, optimoq; iure poteramus distillationi supersedere, nisi quidam distillationis modi superessent medij inter distillationem, & expressionem, cum multa sint simplicia, quæ distillationem non patiuntur, ob id expresio cũ prælo reperta esset huic negotio maximè necessaria, vt sine ea hæc ars manca, & deficiens videri posset, sed ad finem properemus.

Quomodo oleum cum Prælo extrahatur.

Cap. I.



Vnt quædam simplicia mediæ oleositatis, & pinguedinis, suntq; etiam tenacitatis, & viscositatis, vt nisi maximo cū labore oleum exugi queat. Ars enim multa vsurpauit artificia, quæ ex experientia aucupata sunt, vt sine laboris tædio, videlicet præli machinamentis appressu, oleosam materiem exudet, quæ antiquitas non ignorauit. Nam Dioscorides aquam quærens, quæ per se sola faciat vnguentum, id est oleum, & aqua mixtum, ita docet. Recens myrrha hæc tunditur cum pauxillo aquæ, deīn Prelo, vel machinis foras exprimitur. Odoratissima hæc, & impendio pretiosa vt per se faciat vnguentum, Stacten vocatam. Vocant Greci Stacten, quòd è stillatitia Myrrha fiat. Sunt etiam simplicia quędam adeò tenuis essentię, vt minimo ignis calore odores in combustionis nidorem abeant, videlicet Moschi, Ambaræ, & Zibethi. Suntq; etiam maximi pretij: vt si oleum ex his eligas, multò plus valeant quàm existimari queant. nec sunt tàm temerè igni exponenda, nam si eius asperitatem senserint, & in teneras auras euolant, & vstionis labe inficiuntur: sed supra eius vapores exposita; suum reddent oleum sine vstionis periculo, & eius amissę qualitatis.

Non

Non verò in olei expressione pretiosi, hoc vtimur orgâno: Fiat ęnea columnula semipedis altitudinis, intus inanis, palmatis diametri, crebris circum circa foraminulis peruia, cui lata fidelia supponitur labris circum vndiq; erectis etiam ęnea cum suo canaliculo. Repletur turriculis rerum exprimendarum, supra imponitur ligneus modiolus, mox robusto torculo quàm fortissimè constringatur, è foraminulis oleum effluet in fideliam, & per canalem elicitur: Sed prius turricula, & lamina ferrea calefiant, donec digitorum tactum vix ferant, vt vberius oleum eliciatur.

Oleum ex Myrrha. *Cap. II.*

Myrrhæ arbor in plerisq; Arabię locis gignitur. Laxatur ictu cortex, & prosilit in tegetes lachrimam suscipientes: Sed alia caudici cohęrens adnascitur. Satiua syluestri pręfertur. Inciditur bis eisdem cum Thure temporibus à radice vsq; ad ramos, qui valent, & sudat spontè priusquàm incidatur stillaria dicta, cui nulla pręfertur. Eligatur vetus lachryma, quia odoratior omni ex parte concolor, & quę confracta candidas vnguium modo, leuisq; venas ostendat minutis glebis, gustu amaro, acri, & odorato. Tunditur, & lineo linteo, vel sericeo laxioris contextus imponitur, atquè super feruentis aquę vaporibus ahęno extenditur, vt ascendentibus vaporibus affatim satietur, vbi aquę diluto val


dè permaduerit, vt fluere incipiat, liquida iam facta, organo imponitur exprimiturq; . Sic purgatissimus Myrrheflos, aut Myrrhinũ ius fluet vehemẽtis odoris. Colluto ore ingratum halitus fetorem abolet, perũncta alarum virus extinguit faciem linendo per noctem singulis mensibus iuuenilem faciei colorem, & gratiam vsq; ad vltimum senium conseruat.

De Moschi oleo. Cap. III.

CApra Indica ex Vmbilici vomica quotannis Moschum exprimit. Animal cõcepta saniè in Vmbilico, antequàm rumpatur, suapte natura ad maturitatem spectat, ad quam cum ventum est, fera titilantis humoris noxio lanciniatu lacessita, cotibus & saxis se se affricans longo insolatu candentibus magno oblectamẽto affricat, donec facto vomice emissario, tota sanies supra lapides effundatur, ita vtriculus exinanitur, aluus post ducitur cicatrice, rursusq; irruens sanguis replet vmbilicum, & in consimilem vomicam extuberat. Hęc ex Aetio, & Arabibus excerpsimus. Moschum contritum supra bullientis ollę aquę planè tenso linteo humescet, pręlo mox oleum exudat sine sui corporis iactura, aut vstionis nidoris metu, id in pretiosa odoramenta venit, eo alarum tędia, & graue sudoris virus aboletur; & tandem omne quod in suauem halitum expirat, hac odoris gratia occulitur. Et vt sum-

vt summatim dicam, omnia quibus admiscetur, odoris commendat iucunditate, extractum oleum tàm vehementissimi odoris est, vt latè, fuseq; iactet odorem, & eius momento tota domus repleat. Reuocat, quos animus defecerit.

Oleum ex Zibeto. Cap. LIIII.



Imile quidpiam eruitur è genitalibus feræ Feli similis, è cuius natura odoratissima sordes emanat, quæ solet purgari, cum ea pars vligine scatet. Oleũ simili iam dicto modo extrahitur. In peluim humore perfusam sericeum linteum laxius contextum extendunt, vulgò taffetano dicimus, infra ignem accendimus, vt vapores surgentes bullientis aquæ linteum peruadentes Zibethi oleum fluere faciant; collige, & in vitream ampullam condito ad vsum, nec aliquid de sua quantitate remittit: sed integrum se conseruat.

Ambaræ Oleum. Cap. LV.



Trum Ambara veteribus cognita sit, aliorũ iudicium esto: odoramenti tamen genus est ex Aetio traditum, sunt fontes, qui illam scaturiunt, quemadmodum bituminis, & picis. Colliguntur ex piscibus qui Ambaræ scaturigines

turigines degustarint. Præfertur in eo genere, quod fuluum, & præpingue est: Sed singulari quadam opus est solertionis attentionis industria, & prouidæ dexteritatis operosa. In labellum aqua inditur, & vi ignis soluitur in vapores, qui laxo linteo eleuati excipiuntur, quod supra vasis ora tensum sit, cum fluitat, madefactum colligitur. Cor roborat, omnesq; sensus vegetiores efficit.

Castorei oleum. *Cap. VI.*



Astor est animal amphibium, quod terris, & aquis viuat, liquorem habet quendam intra folliculos, Melleum, odore graui, virus reddētem, gustu acri, tuniculis interseptum, quia cerosum, oleosumq; est, facile supra extensa lintea ex surrigentibus vaporibus in oleum currit. Si verò velimus obtorto vase vitreo sine aqua oleum exugere, è libra vncia manat: sed fędi odoris, & vstilaginem resipientis rubri coloris, si denuò cum aqua distillaueris, clarioris erit coloris, nec tàm grauiter olentis.

Oleum id venenis aduersatur. Gutta cum vino datur comitialibus. Occipiti illitum memoriam iuuare vidimus.


Oleum

Oleum Mitridatij, & Theriacæ. Cap. VII.



VM videremus Theriacam, & Mitridatium promissis non respondere, quæ maiores spoponderint, cępimus anxius cogitare, quonam modo fieri possit, vt tàm mirificis virtutibus non defraudaremur, cumq; certo cognouissemus simplicium distillationibus qualitates ad summum euehi, & virtutes multiplicari, cępimus Theriacam distillare, non vt aquam: sed oleum extraheremus. Vndè Theriacę libram in obtorti colli vase luto optimè munito, & resiccato, igni commisimus, & indè olei drachmā nigerrimi extraximus: sed præstantissimę virtutis, vt non solum quas maiores nostri scripserunt: sed quod plus in recessu, quàm fronte pollicebantur.

Oleum Scorpionum distillatum. Cap. VIII.



Odem desiderio stimulati libram olei Scorpionum prædicto retorto vase exposuimus, & oleum egregiæ virtutis extraximus, & ex libra olei vnciam vnam extraximus: sed acutissimæ, & præclarissimæ operationis.


Oleum

Oleum Sacchari. Cap. IX.



Ifficillimè Saccharum in oleum abit, nam breui temporis interuallo congelatur, vnde multa hominum ſolertiorum diuexata ſunt ingenia, vt varias operationes excogitarent, & à varijs variæ excogitatæ ſunt. Alij in argenteam pateram Saccharum tenuiſſimè contuſum inijciunt, ac aqua vitæ infuſa, vt digito ſupereminеat, tunc admota candela, accenditur aqua; mox argenteo cocleari exagitato, dum ardet, & cum ardere deſierit, & aqua abſumpta eſt, oleum in pateram remanet liquidum: ſed vix elapſo Menſe dureſcit. Alij Arantium malum medulla priuant, & in exenteratum alueum Saccharum diligenter contuſum imponunt, mox ignem leuem circumaccendunt: liqueſcit Saccharum calore, & combibendo Corticis ſuccum in oleum abit: Sed etiam tempore gelaſcit.

Ex ſeminibus Citri oleum. Cap. X.



X omnibus ſeminibus oleum extrahitur: Sed ad multa neceſſarium quod ex ſeminibus Citri prius ſuis corticibus ſpoliantur, mox exactius in marmorea pila cōtundantur, vino irrorentur, & ſupra æreũ vaſculum igni impoſita, argenteo cocleari exagitentur,

& mo-

& moueantur donec expirent vini humiditatem. Demum torculari imposita, & compressa fortiter, aurei coloris oleum foras exprimetur. Cuius rei vires contra venena mirificæ, & præcipuè admiscendis odoramētis; nam nunquàm rancescit, & si longo temporis interuallo rancorem contraxerit, cum aqua remixtum, & bis, terue exagitatum, æneo vase distillabis, nā omni phlegmate relicto, nunquàm amplius rancorem contrahet. Sic Limonis, Aurantij; & reliquorum eiusmodi generis.

Oleum ex seminibus Coloquintidis, & Sinapis. Cap. XI.



Vnduntur semina suis corticibus, condun turq; in marmorea pila, ac prælo, vt diximus, exugitur oleum. Quod linctum puerorū stomacho mirè. vermium quātitatem egerere facit. Eodem modo ex duodecim libris seminum Sinapis duæ olei vnciæ exceptæ sunt coloris aurei nigrescentis; Sed si prius aqua semina macerentur per mensem æneo vase, liquidius, & acrius prouenit.

Oleum Vitri. *Cap.* XI.



Itrum optimum, & optimè lotum, & ſiccum conteratur, vt eius granula, Milij aut Papaueris ſemina æquent, confractum in vas vitreum accommodatur ſerie ſtratorum mutua ex linteis mundis, & ſiccis, in partes conciſis magnitudine aurei nummi interiectis, vas in arena mergatur, ac ſubſtrato igne in receptorium oleum labitur coloris aurei non ſine adſtantium admiratione.

Ego Ioannes Demiſianus D. Theologus diligenter perlegi Opus de Diſtillatione Eruditiſs. Viri Io. Bapt. Portæ Neapolitani, in quo nihil offendi, quod vel Catholicæ fidei, vel morũ probitati officere poſſit, immò cũ varia multipliciq; doctrina ſit refertum, in aſpectum, lucemq; hominum proferri perutile, & iucundum fuerit.

Ego idem Ioannes Demiſianus.

Imprimatur ſi placet R. P. Mag. Sac. Palatij.

B. Gypſius Viceſger.

Imprimatur.
Fr. Angelus Brix. R.mi P.M.Sac.Pal.Ap.Socius.

INDEX

PRoœmium totius Operis.

LIBER PRIMVS. Primordia pandit distillationis eiusq; causas, & Instrumenta. fol. 1.

Vtrum distillatio sit Veterum, vel Recentiorum inuentum. Cap. 1. *fol.* 1.

Quid sit distillatio. 2. 3.

Quod à Natura nobis ars distillandi sit indicata. 3. 5.

De distillationum generibus, & de eo quod fit per ascensum per ignem. 4. 6.

Distillatio per ascensum per Terram. 5. 8.

Distillatio per ascensum per Aerem. 6. 10.

Distillatio per ascensum per Aquam. 7. 13.

Distillatio per descensum per Ignem. 8. 16.

Distilatio per descensum per Terram. 9. 18.

Distillatio per descensum per Aerem. 10. 19.

Distillatio per descensum per Aquam. 11. 20.

Distillatio per inclinationem per Ignem. 12. 22.

Distillatio per inclinationem per Terram. 13. 24.

Distillatio per inclinationem per Aerem. 14. 25.

Distillatio per inclinationem per Aquam. 15. 26.

De distillatione per Solis calorem. 16. 27.

De distillationibus per alios calores. 17. 30.

Vtrum simplicium qualitates in distillatione extrahantur. 18. 32.

De varijs Vasuum generibus. 19. 36.

De Distillatitiorum Materia. 20. 43.

De varijs Distillatitiorum Ignium gradibus. 21. 44.

LIBER SECVNDVS. De odoratis Aquis eliciendis. 46.

DE Aqua Rosacea odorata elicienda. Cap. 1. 46.

De aqua Rosacea distillata reponenda. 47.

Rosacea aqua venalis. 48.
Rosacea aqua, cuius pars vna multas Fontana aqua odoratas reddat. 49.
Aqua ex Aurantiorum floribus odorata. 2. 50.
Aqua ex Aurantiorum floribus reponenda. 50.
Aqua ex Aurantiorum floribus venalis. 51.
Aurantiorum aqua eximia fragrantia. 52.
Odorata Aqua ex Myrti floribus. 3. 52.
Aqua odorata ex Myrti floribus reponenda. 53.
Aqua ex Myrto venalis. 53.
Aqua Myrte mira fragrantia. 54. 54.
Odorata florum Lauendulæ aqua. 4. 54.
Aqua odorata ex odorato Trifolio. 5. 55.
Odorata aqua ex Iasminis. 6. 56.
Aqua odorata ex moschatulis Rosis. 7. 58.
Aqua odorata ex purpureis violis. 8. 59.
Ex Gariophyllis floribus odorata aqua. 9. 60.
De odorata Liliorum aqua. 10. 61.
De odorata Narcissi aqua. 11. 62.
Aqua odorata ex Azadaracb floribus. 12. 62.
Aqua odorata ex herbis. 13. 63.
Aqua odorata ex pluribus commixtis floribus. 14. 64.
Quomodo flores in distillatione suos colores, & vires conseruent. 15. 66.
LIBER TERTIVS. In quo de Oleorum tractatur. 68.
Descriptio Vasis, & Fornacis ad Oleorum extractionem. Cap. 1. 69.
Quomodo Oleum ex aqua separetur. 2. 71.
Odoratum Oleum ex Aurantij floribus distillare. 3. 73.
Odoratum Oleum ex Citriorum floribus, & corticibus. 4. 74.
Oleum odoratum ex Corticibus Citri. 74.
Odoratum Oleum ex Rosarum floribus. 5. 75.
Oleum odoratum ex Myrti floribus. 6. 76.

Oleum florum Gariophyllorum odoratum. 7. 76.
Oleum odoratum ex Iasemini floribus. 8. 77.
Oleum odoratum ex floribus Lauendulæ. 9. 77.
Oleum odoratum ex Rorismarini floribus. 10. 78.
Oleum odoratum ex Absinthij floribus. 11. 79.
Odoratum oleum ex Maro. 12. 80.
Odoratum oleum Menthæ, & Calamenthæ. 13. 80.
Odoratum oleum ex Pulegio. 14. 81.
Odoratum Origani oleum. 15. 82.
Odoratum oleum è Saluia. 16. 82.
Odoratum oleum Chamæmeli. 17. 83.
Odoratum Oleum Artemisiæ. 18. 83.
Oleum Rutæ odoratum. 19. 83.
Fœniculi odoratum oleum. 20. 84.
Ex Anisis odoratum oleum. 21. 85.
Corianni oleum. 22. 86.
Ex Lauro oleum. 23. 86.
Ex Cupressi fructu oleum. 24. 86.
Odoratum oleum ex radicibus Angelicæ. 25. 87.
Quomodo Olea præstantiora, & validiora fiant. 26. 87.
LIBER QVARTVS. De distillatione oleorum exoticarum plantarum. 88.
De oleo Cinnamomeo odorato. 1. 89.
Oleum exoticorum Gariophyllorum. 2. 90.
Oleum Nucis Myristicæ. 3. 91.
Oleum Cardamomi. 4. 92.
Oleum Piperis. 5. 93.
Oleum ex Nuce Indica. 6. 94.
LIBER QVINTVS. De Resinis distillandis.
Fornacula, & vas quibus Resinarum oleum eliciamus. Cap. 1. 96.
Mastiches oleum quomodo extrahatur. 2. 97.
Oleum Carabis quomodo extrahatur. 3. 98.
Oleum Belzoini. 4. 99.

Styracis Oleum odoratum. 5. 100.
Oleum ex Balsamo Occidentali. 6. 101.
Oleum odoratum Thuris. 7. 102.
Opoponacis oleum. 8. 103.
Oleum Hammoniaci. 9. 103.
Oleum ex Terebinthina Resina. 10. 104.
Oleum Picis. 11. 104.
Oleum ex Cera. 12. 105.
Oleum Caphuræ. 13. 106.
LIBER SEXTVS. De Oleo ex Lignis extrahendo. 107.
Vasa, & modi distillandi oleum ex Lignis. 1. 108.
Oleum ex Guaiaco quomodo exugatur. 2. 109.
Oleum ex Iuniperi Ligno. 3. 111.
Ex Agalloco, siue Ligno Aloes Oleum. 4. 111.
Oleum ex Aspalatho. 5. 112.
LIBER SEPTIMVS. De Aquis validis extrahendis. 113.
Aqua corrodens Aurum. 1. 114.
Aquæ Argentum corrodentes. 2. 116.
De aqua, siuè Vitrioli oleo. 3. 116.
De Sulphuris oleo. 4. 118.
Oleum ex aqua Tartari. 5. 119.
Oleum Argenti viui. 6. 120.
Oleum de Lateribus. 7. 122.
Oleum Salis communis. 8. 122.
Oleum Talci quomodo exugatur. 9. 123.
Quomodo diuersæ qualitatis aquæ simul commixtæ separentur. 10. 124.
LIBER OCTAVVS. Quo de extrahendis rerum virtutibus varia experimenta traduntur. 126.
Aqua Vitæ extractio sine Igne. 1. 127.
Aqua Vitæ cum Igne exuctio. 2. 128.
Quomodo Aquæ vitæ alijs modis ad laboris, & impensa-

rum compendium extrahatur. 3. 130.
Quinta Aqua *vitæ essentia quomodo fiat. 4.* 131.
Alius *modus Quintam essentiam extrahendi de Fœniculo. 5.* 135.
Quinta essentia Seselis Massiliensis Angelicæ, *& Zedoariæ. 6.* 135.
De Elixiribus. 7. 136.
Elixir ex multis simplicibus compositus. 8. 138.
De Clisso. 9. 141.
De Tincturis. 10. 143.
LIBER NONVS. Oleorum extractio cum prælo. 145.
Quomodo Oleum cum prælo extrahatur. 1. 146.
Oleum ex Myrrha. 2. 147.
De Moschi Oleo. 3. 148.
Oleum ex Zibeto. 4. 149.
A*mbaræ Oleum. 5.* 149.
Castorei oleum. 6. 150.
Oleum Mitridatij, & Theriacæ. 7. 151.
Oleum Scorpionum distillatum. 8. 151.
Oleum Sacchari. 9. 152.
Ex Seminibus Citri oleum. 10. 152.
Oleum ex Seminibus Colloquintidis, & Sinapis. 11. 153.
Oleum Vitri. 12. 154.

FINIS.





ROMÆ.

Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ.

M. DC. VIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

